

Feudorum

CONSVETVDINES SEV
VSVS RECEPTI, QVOS VETERES

*Iura Militiarum, nec non Beneficiorum Milita-
rium & nostrates*

Gemeyne Lehenrecht

*vocant, utut quondam per Obertum de Orto obseruati
seu coaceruati, ob summam & sui frequentem utilitatem,
in gratiam Nobilium & eius rei Studiosorum,
praecipue uero qui in Aulis Principum seu
in Foro uersantur, nunc primum ita
emendato textu & exactissima
diligentia solum ex-
cusi.*

HEYDELBERGAE

Ex Officina Ioannis Carbonis Typographi

ANNO

M. D. LIX.

AD LECTOREM. S.

Magnum fuit Ortensij Mediolanensis Pragmatica, ut illis quibus uixit temporibus, ingenium, & singularis quaedam in beneficiorum Militarium colligendis Consuetudinibus industria. Quum enim essent in eo iure nondum scripto, obscura quamplurima: & ijs cognita solum, qui maximo rerum usu ualere, uitaq; totius serè suæ curriculum in foro transgessent, facili Ortensius noster sermone ac propè uulgari explicauit obscura, ordineq; adhibito qualiquali rem arduam omnibus ingenio peditis etiam mediocri hominibus patefecit. Cuius Ortensiani instituti, quanta sit consecuta utilitas, nemo est ab humanitate plus paulum institutus, qui non intelligat, intelliget autem multo magis, si quanti fuerit ab ijs factum repute, qui à Iuris Ciuilis libris, ut in manibus quotidie uersaretur studiosorum, eum se iunxerunt. Quum enim de singulari quadam eius libri utilitate, habiti sermones essent à plerisque doctis: uiris & grauisimi & frequentissimi et memoria qui commendaretur sempiternæ dignus esset iudicatus, nulla est in eo adhibita mora, quin qua ex re posset maximus ex eadem peraperetur fructus. Nec homines debet eruditos Latini sermonis quæ fuit in Ortensio ruditas, ab eius libri remorari lectione. Est enim in cognitione Consuetudinum

Ordinum Beneficiorum Militarium tanta posita non uti-
litas modo, uerum etiam necessitas, ut si erit deserta aut
adseruata negligentius, nihil est quod quisquam sese
Nobili natus loco habere Militarium beneficiorum cer-
tum aut à patre accepturum aut liberis relicturum ar-
bitretur. Itaq; adolescentes hortor Iuris Ciuilis maximè
studiosos, ut sermonis nihil inelegantiam morati, quæ ab
Ortensio descripta sunt diligenter legant adsidue.
Petòq; uehementer etiam atq; etiam ut ea de causa
credant à reliquis Iuris Ciuilis et multis et pon-
derosis libris separatum, ut manibus quotidie
teratur studiosorum, sitq; ex ferendi faci-
litate accensa & inflammata discendi
cupiditas. Vale Heidelberg. Non.

Ianuarij. Anno Sal.

1559.

INDEX PRIMVS TITV

lorum seu Rubricarum, secundum vulgatam seriem, quae
se inuicem in unoquoque libro subsequuntur.

Numerus prior Titulum libri, posterior
Pagnam indicat.

Libri Primi, Titulus.

1. De ijs qui feudum dare possunt, & qui non, & quomodo
liter acquiratur & retineatur? pag. 1.
2. De feudo Guardia & Castaldia. pag. 2.
3. Qui successores seu: dare teneantur. pag. 3.
4. Si de investitura seu: controuersus fuerit. pag. 3.
5. Quibus modis feudus amittatur. la. 1. pag. 4.
6. Episcopum uel Abbatem uel Abbatissam uel dominum
plebis seu: dare non posse pag. 5.
7. De natura feudi. pag. 6.
8. De successione feudi. pag. 6.
9. Qui successores teneantur. pag. 7.
10. De contentione inter dominum & fidelem de
invest. feudi. pag. 7.
11. De pignori dato feudo quid iuris sit. pag. 8.
12. De contentione inter me & dominum de portione
seu. fra. mei defuncti. pag. 8.

13. De alienatione feudi. Pag. 8.
14. De feu: Marchiæ uel Ducatus uel Comitatus. 9.
15. An Maritus succedat uxori in beneficio. 10.
16. De feudis datis minimis ualuaforibus
quid iuris sit. 10.
17. Quibus modis feu. amittat. la. 2. pag. 10.
18. Apud quem uel quos controuersus feu.
definiatur. 10.
19. Constitutiones feuda. domini Lotharij
Imperatoris &c. 11.
20. De beneficio fratris, & qualiter frater in
benefi. fra. succedat. 11.
21. De feu: sine culpa non amittendo. 11.
22. Quo tempore miles inuest. petere debeat. 12.
23. De contentione inter do. & uasal. de inuest. f. 12.
24. Quemadmodum feu. ad filiam pertineat. 13.
25. Quibus modis feu. consti. potest. 13.
26. Si de inuesti. inter do. & uasal: lis oriatur. 13.
27. De feudo dato in uicem legis commissoriae
reprobando. 14.
28. De usu Mediolanensium secundum
quosdam. 15.

Libri II. Titulus.

De feudis

1. De feudi constitutione, aliàs cognitione. Pag. 15.
 2. Quid sit inuest. feudi. 16.
 3. Per quos fiat inuesti. & per quos recipiatur. 17.
 4. Quid prædere debeat, an inuest. uel
fidelitas. 18.
 5. Qualiter iurare debeant uasal, domino fideli. 18.
 6. De forma fidelitatis. 19.
 7. De noua forma fidelitatis. 19.
 8. De inues. de re alie. facta. 20.
 9. Qualiter olim poterat feudum alienari. 21.
 10. Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, uel
Capitaneus uel ualuasor. 23.
 11. De successione fra. uel de gradibus suc-
ceden. in feudo. 23.
 12. De fratribus de nouo benefi. inuesti. 23.
 13. De inuesti. quam Titius accepit à Sempronio. 24.
 14. De uasal. decrepitæ æta. qui feud. refuta.
ut filij inuesti. 24.
 15. De inuestitura in mari. facta. 24.
 16. De controuersia feudi apud pares termi-
nanda. 25.
 17. De eo qui sibi uel heredibus suis Masculis &
femi. inuestitu. recipit. 25.
 18. De duobus fratribus à Capitaneo inuestitis. 26.
- An remouerè

19.	An remoueri debeant testes qui pares esse desierunt.	26.
20.	De controuers. inter episcopum & uasal.	26.
21.	De Vasallo milite qui arma bellica depos.	27.
22.	De milite Vasallo qui contumax est.	27.
23.	In quibus causis seu amitta. EST AVTEM HIC TIT. aliàs primus libri tertij. Pag. 28.	
24.	Quæ fuit prima causa beneficij amittendi.	29.
25.	Si Vasallus de feudo ab aliquo interpell. sue. & dominus eum defendere noluerit.	31.
26.	Si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & ag. uasal.	32.
27.	De pacæ tenenda & eius uiolatoribus.	35.
28.	Hic finitur lex, deinde consuetudines regni ind.	39.
29.	De filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto.	40.
30.	De feudo femine.	40.
31.	Si Vasallus feudo priuetur cui deferatur.	41.
32.	Qui testes necessarij sunt ad nouam inuesti. proban.	41.
33.	De consuetudine recti feudi.	41.
34.	De Lege Conradi.	43.
35.	De clerico qui inuesti. faat.	44.
36.	An mutus uel aliàs imperfec. feud. retineat.	44.
37.	An ille qui interfeat fratrem domini sui seu. amit.	45.

38. De Vasall. qui contra constitutionem Lotharij
regis benefi. alie. 45.
39. De alienatione paterni feudi. 46.
40. De Capitulis Conradi. 46.
41. De controuersia inter mas. & fem. de benefi. 47.
42. De controuers. inter do. & emp. feudi. 47.
43. De controuersia inter Vasal. & alium de
benefi. 48.
44. Quid iuris si Vasal. post alie. feu. recup. 48.
45. An agnatus uel filius defuncti possit reti: feu.
repudiata hereditate. 49.
46. An apud iudi. uel curiam domini quaestio feu.
debeat termi. 49.
47. Qualiter dominus proprietate feudi priuet. 49.
48. De feudo non habente propriam feudi natur. 50.
49. De eo qui finem fecit agnato de feu. pater. 50.
50. De natura successione feudi. 50.
51. De Capitaneo qui curiam uendidit an intel.
benefi. uendidisse. 51.
52. De prohibita feud. alie. per Lotharium. 52.
53. De pace tenenda inter subditos & iuramento fir=
manda & uindicanda, & pena iudicibus apposta
qui eam uindicare & iustitiam facere neglex. 54.
54. De allodijs 55.
55. De prohibita feu. alie. per Federicum. 56.

Que

56. *Quæ sint regalia.* 58. I
 57. *Quot testes sunt necessarij ad proban. seu.*
ingratitude. 58.
 58. *De notis feudorum.* 59.

Lectorem autem interea non lateat, hos Feudorum
 usus secundum And. de Ifern. Aluarotum, Iasonem ac
 nonnullos alios, alioqui in libros tres distinctos fuisse,
 & tertium quidem eiusq; titulum primum, initium
 coepisse. in tit. 23. lib. 2. scilicet In quib. causis feud.
 amitt. quare si eos imitari libet, eodem loco numeri
 initium statuas licet. Varias uerò & reliquas commo-
 diores partitiones præcipue Io. Ferrar. recenset.

Hæc præterea corrigantur.

Fol: & fac. 1. post lin. 3. omissum est.

LIBER PRIMVS.

Fol. 30. fa. 2. l. 1. lege XXV.

Fol. 41. fa. et l. 1. lege qui testes.

Fol. 43. fa. 2. l. lege XXXIII.

Fol. 44. fa. 1. l. fin. lege XXXV.

Fol. 52. fa. 1. l. 10. certum.

Reliqua si qua sint studiosi Lectoris
 diligentia suppleat.

INDEX ALIIS TITVLORVM IUXTA
ordinem Alphabeticum, quo facilius ij inueniantur.
Numerus prior librum. Secundus titulum,
& Tertius paginam continet.

- De Alienatione feudi lib. 1. Tit. 13. Pag. 8.
Alienatione paterni feudi lib. 2. Tit. 39. pag. 46.
Allodijs lib. 2. Tit. 54. pag. 55.
Apud quem uel quos controuers: seu. definita. 1. 18 p. 10.
An agnatus uel filius defuncti: 2. 45. pag. 43.
An apud iudicem uel curiam domini quaest: 2. 46. p. 49.
An ille qui interfecit fratrem domini, 2. 37. pag. 45.
An Maritus succedat Vxori: 1. 15. pag. 10.
An mutus uel alias imperfectus: 2. 36. pag. 44.
An remoueri debeant testes, 2. 19. pag. 26.
Beneficio fratris. 1. 20. pag. 11.
Capitulis Corradi. 2. 40. pag. 46.
Capitaneo qui curiam uendid. 2. 51. pag. 51.
Consuetu: recti feudi. 2. 33. pag. 41.
Consuetu. feud. domini Lotharij. 1. 19. pag. 11.
Contentione inter dominum & fidelem. 1. 10. pag. 7.
Contentio: inter me & dominum de portio. 1. 12. pag. 8.
Contenti: inter dom: & uasal. 1. 23. pag. 12.
Controuers. feudi apud pares. 2. 16. pag. 25.
Conten. inter uasal. & alium. 2. 43. pag. 48.

Conten.

Conten. inter dom. & emp. feud. 2. 42. pag. 47.
Contr. inter episcopum & uasal. 2. 20. pag. 26.
Contr. inter masc. & fem. 2. 41. pag. 47.
Clerico qui inuestituram facit. 2. 35. pag. 44.
Duob. fratrib. à Capitaneo in. 2. 18. pag. 26.
Eo qui sinem facit agnatis. 2. 49. pag. 50.
Eo qui sibi uel heredib. suis. 2. 17. pag. 27.
Episcopum uel Abbatem. 1. 6. pag. 5.
Feudi constitutione uel cognitione. 2. 1. pag. 15.
Feudo: sine culpa non amit: 1. 21. pag. 11.
Feudo non habente propriam naturam. 2. 48. p. 50.
Feudo Marchie uel ducatus. 1. 4. pag. 9.
Feudo femine. 2. 30. pag. 40.
Feudo dato in uicem l. commisso: 1. 27. pag. 14.
Feudo Guardia & Castaldia. 1. 2. pag. 2.
Feudis datis minimis ualuafor. 1. 16. pag. 10.
Filijs natis ex matri: ad morga: 2. 29. pag. 40.
Forma fidelitatis 2. 6. pag. 19.
Fratribus de nouo beneficio inuestit: 2. 12. pag. 23.
His qui feudum dare possunt. 1. 1. pag. 1.
Hic finitur lex, deinde consuetudines regni in-
cipiunt. 2. 28. pag. 39.
Inuestitura de re aliena facta: 2. 8. pag. 20.
Inuestitura in maritum facta. 2. 15. pag. 24.

Inuesti :

Inuesti : quam Titius accepit. 2. 13. pag. 24.
 In quib : causis feudum amittatur. 2. 23. pag. 28.
 Lege Corradi. 2. 34. pag. 43.
 Milite V asallo qui contumax est: 2. 22. pag. 27.
 Natura feudi. 1. 7. pag. 6.
 Natura successionis feudi. 5. 50. pag. 50.
 Notis feudorum. 2. 58. pag. 59.
 Noua forma fidelitatis 2. 7. pag. 19.
 Pace tenenda & eius Violatoribus. 2. 27. pag. 35.
 Pace inter subditos tenenda. 2. 53. pag. 54.
 Per quos fiat inuestitura. 2. 3. pag. 17.
 Pignori dato feudo. 1. 11. pag. 8.
 Prohibita feud:alien: per Lotha: 2. 52. pag. 52.
 Prohibita feud:alien: per Fride: 2. 55. pag. 56.
 Qualiter olim poterat feud:alien: 2. 9. pag. 21.
 Qualiter iurare debeat domino V asal: 2. 5. pag. 18.
 Qualiter dominus proprietate feud:priue: 2. 47. p. 49.
 Quæ fuit prima causa benefic:amit: 2. 24. pag. 29.
 Quæ sint Regalia. 2. 56. pag. 58.
 Quemadmodum feud:ad filiam pertineat. 1. 24. p. 13.
 Quis dicatur Dux, Marchio, Comes. 2. 10. pag. 22.
 Qui successores feudum dare tene: 1. 3. pag. 3.
 Qui testes sunt necessarij ad nouam in: 2. 32. pa. 41.
 Qui successores teneantur. 1. 9. pagina 7.
 Quid iur: si uasall: post alienat: 2. 44. pag. 48.
 Quid sit

Quid sit inuestitura 2. 2. pag. 16.
Quid præcedere debeat an inuestit : uel fidelitas.
2. Tit. 4. Pag. 18.
Quibus modis feud : constitui potest. 1. 25. pag. 13.
Quibus modis feudum amittatur, & quidem duo tituli
sunt. 1. 5. pag. 4. Item. 1. 17. pag. 10.
Quo tempore miles inuesti:petere. 1. 22. pag. 12.
Quot testes sunt necessarij ad proban : ingratiudi :
2. Tit. 57. pag. 58.
Si de inuestitura inter do : & Vafal : 1. 26. pag. 13.
Si de inuestitura feud:controuersia. 1. 4. pag. 3.
Si de feudo Vafallus ab aliquo interpell : 2. 25. p. 31.
Si de feudo defuncti contentio inter do : & agnatos :
Vafalli. aliàs inapit, si de feudo fuerit contro-
uersia. 2. 26. pag. 32.
Si Vafallus feudo priuetur, cui deferatur. 2. 31. p. 41.
Successione feudi 1. 8. pagina 6.
Successione frat : uel gradib : succ : 2. 11. pag. 23.
Vafallo decrepita ætatis 2. 14. pag. 24.
Vafallo milite qui arma bellica. 2. 21. pag. 27.
Vafallo qui contra constitutionem Lotharij.
2. 38. pag. 45.
Vsu Mediolanensium 1. 28. pag. 15.

Si & studiosus eFudalia Capitula, quæ nostri Extrae-
ordinaria uocant, adiuncta cupiat, nunc autem non sine

ratione omiffa, is præ alijs Ardizonem, & Aluarotum
deinde Baldum in lib. 1, tit. 1. §. et quia, & hunc eundē
in l. unic. C. de caduc. toll. l. quoties C. de suis & legit.
Adhæc Alex: 1 mol: in consil. 55. uol. 4. inapit. per-
spectis. & cons. 30. uol. 1. inc. quoniam. legit.

Precipui Authores, quorum Commentaria
& paratitla in feudorum usus, nunc extare
dicuntur, ita obiter adiecti.

- Iacobus de Ardizone Veronensis.
- Ioan: blanchus de Marsilia.
- Iacob: de bellouiso, qui huius libelli textum octies
publicè exposuit,
- Petrus de bella pertia.
- Andreas de Ifernina.
- Raynerius de forliuio & Io: raynald:
- Nicolaus de Neapoli.
- Baldus de perusio. cum addit. And. Barbat:
- Martinus de caratis Laudensis.
- Iacobus Aluarotus Patruus.
- Ioan: Anton: de S. Georg: prepositus Mediolanen.
& Episcop. Alexandrin. quem quidam minus
benè Cardinalem uocant.
- Iacobinus de S. Georg. Taurinensis.

Antonius

- Antonius de prato Veteri Bononiens:
 Iasonis de Mayno Mediolanens: praeludia.
 Franciscinus Curtius iunior cum consil:
 Petrus Rebuffus de monte Pessulano.
 Claudius de Sisello Sabaud.
 Vdalricus Zasius Friburg.
 Matheus de Afflictis Neapolita.
 Ioan. Baptista de Cacialupis.
 Fridr. Schenc̄ Baro à Tautenberg Germanus.
 Eguinarius Baro Gallus.
 Laurentius V Vildhelmus Germanus.
 Ioan: Ferrarius Montanus Germanus.
 Franciscus à Sonsbē Suuollanus Germanus.

Ad Germaniæ nobilem ac studiosum præcipue
 Lectorem.

EN tandem Consuetudinum feudalium Manuale à
 pluribus hæctenus optatum, et antea p̄ Ortensium
 Iurisprudētem Mediolanensium conscriptum, deinæps
 uerò si credimus, per Hugolinum quædam ita digestum,
 acæpe, siquidem & Venerandæ uetustatis reliquias &
 ueræ Militiæ seu Nobilitatis primaria continet. In ijs
 consuetudinib. uelim plerosq; tale in cognoscendo in-
 genium experirentur, quale studium in ijs feudis ambis-
 tiosius.

tiosius retinendis & fruendis gloriari sese non penitet,
tum sanè sperandum foret posthac patriam Germaniam
in maiori tranquillitate constitutam ac odia illa
intestinauè bella inter summas Principum & aliorum
familias, non sine magno omnium detrimento usq; huc
incensa, subinde euanescere posse. Fruamur igitur inter
rea his, donec ea, iussu Frid: 3. Imper: et opera quidè
ut aiunt, primū Anthonij de prato Veteri Bononiensis
& tandem Bartholomei Baraterij Placentini, in melio-
rem ordinem redactæ, ad nos perferantur, aut potius
eximia saltem illæ, passim in principum Germano-
rum aulis partim obseruatae, partim in Archiuis as-
seruatae, aliquandò iustitiæ & concordie ergò conscri-
bantur & edantur. Curabimus uerò ut & breui omni-
um feudalium interpretum primæpe, nempe Iacobo à
Beluifo, rursus gaudere possis, Vale et studium, no-
strum commenda. S. M. P. D.

OBERTI OR-
TENSII CONSVETVDI-
NES FEVDORVM.



*De ijs qui feudum dare possunt, & qui
non: & qualiter acquiratur,
& retineatur.*

TITVLVS I.

QVIA de Feudis tractaturi sumus, uideamus pri-
mum, qui feudum dare possunt;

*Feudum autem dare possunt, Archiepiscopus, Epi-
scopus, Abbas, Abbatissa, Praepositus, si antiquitus con-
suetudo eorum fuerit feudum dare. Marchio & Comes
similiter feudum dare possunt, qui proprie regni uel
regis Capitanei dicuntur.*

B Sunt &

Feudorum Liber primus. Tit. I.

Sunt & alij, qui ab istis feuda accipiunt, qui proprie regis uel regni Valuasores dicuntur: sed hodie Capitanei dicuntur, seu appellantur: qui & ipsi feuda dare possunt. Ipsi uero qui ab eis accipiunt feudum, Minores ualuasores dicuntur.

Et quia uidimus de personis, uideamus qualia prius habuerunt initia? Antiquissimo enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut quando uellent, possent auferre rem in feudum à se datam: postea uero eò uentum est, ut per annum tantum firmitatem haberent: deinde statutum est, ut usq; ad uitam fidelis produeretur, sed cum hoc iure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deueniret, in quem scilicet dominus hoc uellet beneficium confirmare, quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes equaliter filios pertineat.

Cum uero Conradus Romam proficisceretur, peti- tum est à fidelibus, qui in eius erant seruitio, ut lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio produere dignaretur, & ut frater fratri sine legitimo haerede defuncto, uel filius in beneficio quod eorum patris fuit, succedat.

Sin autem

Sin autem unus ex fratribus à domino feudum acceperit : eo defuncto sine legitimo hærede, frater eius in feudum non succedit, quod & si communiter acceperint, unus alteri non succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet ut uno defuncto sine legitimo hærede, alter succedat; hærede uero relicto, alter frater remouebitur.

Hoc autem notandum est, quòd licet filia ut masculi patribus succedant legibus, tamen à successione feudi remouentur; similiter & earum filij, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat.

Hoc quoque sciendum est quòd beneficium hoc ad uenientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione secundum usum ab antiquis sapientibus constitutum, licet moderno tempore usque ad septimum gradum sit usurpatum, quod in masculis descendentibus hodiè nouo iure usque in infinitum extenditur.

Notandum est autem, quòd illud beneficium quod à regis capitaneis, atq; regis uel regni ualuasoribus, alijs impenditur, propriè iure feudi censetur. Illud uerò

B ij quod

Feudorum Liber primus, Tit. II, § III.

quod á minoribus in alios transfertur, non iure feudi iudicatur (licet aliter in curia Mediolanensi obseruetur) sed quando uoluerint, recte auferre queunt: nisi Romam cum illis in exercitu perrexerint, quo casu iure feudi transit & adiudicatur, uel nisi aliquid propter feudum acceperint, tunc enim nisi restituto pretio auferre non possunt.

DE FEVDO GVARDIAE ET
Castaldie. Titulus II.

ITEM illud quod datur nomine castaldie uel guardie & pro mercede alicuius rei: transacto anno potest iure auferri etiam pretio pro eo dato non restituto, nisi ad certum tempus datum fuerit.

Si uerò castaldi aliquid nomine proprii feudi possederint: non ualebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per pares curie uel breue testatum potuerint probare se antequam castaldi essent, uel postquam desierunt esse, inuestituram accepisse.

QVI SVCCESORES FEVDVM
dare teneantur? Titulus III.

Si uerò

Qui successores feud. &c. Si de inuesti. feud. 3

SI uerò Archiepiscopus, Episcopus, uel Abbas, uel
Sabbatissa inuestituram eius feudi quod alius detine-
bat, eo tenore alicui dederit, ut post decessum eius
qui possidet, habeat, & antè decesserit Archiepiscopus,
quàm ille qui feudum possidebat: successores eorum
non coguntur eam inuestituram facere uel confirmare,
etiam si pares eius curie adsint testes, uel breue testatum
inde sit: nisi ille qui inuestituram acceperit, nomine eius
feudi in possessionem missus sit eo consentiente qui de-
tinet. Sed si ille qui feudum possidet, prius decesserit,
quàm ille, qui inuestituram fecit: iure cogitur eam ras-
tam habere.

Laiâ uerò iisdem modis omnibus quibus supra
diximus, si alijs inuestituram dederint: heredes eorum
si rationibus claruerint, omnimodo eam adimplere
compelluntur.

**SI DE INVESTITURA FEVDI
controuersia fuerit. Titulus IIII.**

SI autem controuersia inter dominum & fidelem
de feudi inuestitura fuerit: quid iuris sit? uidea-
mus. Et si inuestitura facta fuerit coram paribus curie,

B ij

aut in

Feudorum liber primus. Tit. IIII.

aut in breui testato: rectè eum qui inuestitus est, cogitur dominus mittere in feudi possessionem.

Si uerò fuerit in possessione, & mota fuerit ei controuersia à domino: ei defensio detur propter possessionem. Si autem non fuerit in possessione, nec supra dictis modis poterit probare: tunc illius erit defensio qui inuestituram dicitur fecisse.

Si uerò feudum aliquis habuerit de quo nulla controuersia est, & dixerit se inuestituram alterius feudi accepisse ab eodem domino, nec in possessione fuerit: nec prædictis rationibus probare poterit, licet domini esset defensio ex ordine, tamen quia aliunde uasallus est, remittitur domino ex æquitate defensio.

Cum autem quis dixerit feudum ad se per successionem pertinere, asserendo illud esse paternum: si fuerit in possessione medietatis uel alicuius partis, uel cambium proprietatis nomine illius feudi habuerit, uel alijs iustis rationibus illud esse paternum probare potuerit: iure obtinebit. Si uerò probare non potuerit prædicto modo, dabitur ei defensio cum XII. sacramentalibus.

Item

Si de inuestura feudi controuersia.

4

Item si uasallus possederit castrum, quod dixerit se pro feudo tenere, & contra dominus per guardiam dixerit se ei dedisse: domini est probatio, & si poterit probare: tunc ille qui tenet, domino debet restituere, uel probare per pares curtis, uel per breue testatum, postquam in guardiam suscepisset, se à domino pro feudo inuestituram accepisse. domino uerò in probatione deficiente, tunc illius erit defensio, qui possidet.

Similiter si aliquis possederit castrum uel aliam rem, & dominus dixerit se pro pignore ei dedisse: e contrario ille dixerit se accepisse pro feudo: si potuerit dominus probare quòd ei pro pignore dedisset, tunc ille qui tenet, domino restituet: uel probet supradicto modo se postquam à domino pro pignore accepit, feudi nomine accepisse: & si dominus non poterit probare se nomine pignoris dedisse, erit defensio illius qui possidet.

Si quis de manso uno feudo nomine inuestituram acceperit, & dixerit quòd omne incrementum pertineat ad eum per inuestituram, si dominus reseruauerit sibi aliquid in ipsa curte, tunc oportebit fidelem incrementi inuestituram per pares curtis uel per breue testatum probare. Sed si dominus in ipsa curte nil sibi

B iij

retinuit

Feudorum liber primus. Tit. V.

retinuit; tunc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit. Si uerò fidelis in possessione incrementi fuerit, non oportebit eum inuestituram pbare, sed iurare.

Rursus si aliquis acceperit inuestituram feudi cum omni incremento quod ei obueniret, & aliquid accreuerit uiuente eo, à quo acceperit; ipsius erit. & si ille qui inuestituram fecit, sine hærede decesserit, & feudum reuersum fuerit ad eum à quo ipse tenuerit, uel ad alium; quicquid post mortem eius qui dedit accreuerit, ad eum pertinebit, ad quem regressum fuerit.

**QVIBVS MODIS FEVDVM
amittatur. Titulus. V.**

QU^{IA} supra dictum est quibus modis feudum acquiritur & retinetur, nunc uideamus qualiter amittatur. Si enim dominus prælium campestre habuerit, & uasallus eum morantem in ipso prælio dimiserit non mortuum, nec ad mortem uulneratum; feudum amittere debet.

*Item si fidelis acurbitauerit dominum, id est cum uxore eius conauerit, uel conambere se exercuerit,
aut cum*

Quibus modis feudum amittatur.

5

aut cum ea turpiter luserit, uel si cum filia, aut cum nepte ex filio, aut cum nupta filio, aut cum sorore domini concubuerit (hæc ita obtinent, si in domo domini maneat) iure feudum amittere censetur. Similiter si dominum assalierit, uel castrum domini sciens dominum uel dominam ibi esse. Item si fratrem suum occiderit, uel nepotem, id est filium fratris.

Aut si libellario nomine amplius medietate in feudum dederit, aut pro pignore plus medietate obligauerit, ita ut transactum permittat, uel dolo hoc egerit, amissione feudi mulletabitur.

His omnibus casibus feudum ad dominum reuertitur.

Rursus si fidelis minus medietate libellario nomine feudum dederit, & sine hærede decesserit, & feudum ad dominum redierit, uel postquam ad libellum dederit, uel pignori obligauerit, domino refutauerit, tunc ille, qui ab eo acceperit, nullo iure aduersus dominum se tueri poterit.

Præterea si ille, ad quem feudum per successionem iure obuenire debet, consenserit eos inuestire, ad quos
secundum

Feudorum liber primus. Tit. VI.

secundum rectum morem non pertinet, nullo modo ad eum repetendum regressum habet.

Item si fuerint duo fratres, & unus inuestituram feudi acceperit, si postea feudum cum fratre diuiserit, & ille, qui feudi partem accepit, postea plus medietate uendiderit, & sine hærede legitimo decesserit, feudum ad dominum reuertitur.

Item si quis feudum habuerit in curte domini sui, non poterit ipsum feudum in aliqua parte libellario nomine aliaui sine consensu domini sui dare, uel pignori obligare. Similiter si extra curtem detinuerit, & dominus districtum habuerit uel alium honorem, & si alienauerit sine domini uoluntate, iure ad dominum reuertitur.

EPISCOPVM, VEL ABBATEM VEL

Abbatissam, uel dominum plebis feudum dare

non posse. Titulus. VI.

ITEM si Episcopus, uel Abbas, uel Abbatissa, uel dominus plebis feudum dederit de rebus ecclesiarum, quæ eis subiectæ sunt, & tituli uocantur, nullum
habet

habet uigorem, secundum hoc, quod constitutum est à
 Papa Urbano in sancta synodo, hoc est illud, quod post
 eius decretum fuerit datum, quod autem antè datum
 fuerit, firmiter permanere debet.

Idem iuris est, si Præpositus, uel Abbatisa, uel alia
 ecclesiastica persona, quæ antiquitus non sit solita in
 feudum dare, scilicet ut quod dederit, de iure nō ualeat.

Quinetiam si quis eo tenore feudum acceperit, ut
 eius descendentes masculi & foeminae illud habere possint:
 relicto masculo, ulterius foeminae nō admittuntur.

Mutus feudum retinere non potest, scilicet qui nullo
 modo loquitur. sed si feudum fuerit magnum, quo eī
 ablato se exhibere non ualeat, tantum ei relinqui debet,
 unde se sustinere possit. Et his omnibus casibus feus-
 dum amittitur, & ad dominum reuertitur.

DE NATURA FEUDI.

Titulus. VII.

NATURA feudi hæc est, ut si princeps inue-
 stierit capitaneos suos de aliquo feudo, non pos-
 test eos

Feudorum liber primus. Tit. VIII.

est eos deuestire sine culpa, id est Marchiones & Comites, & ipsos qui propriè hodie appellantur capitanei.

Idem est si inuestitura sit facta à capitaneis & maioribus ualuasoribus, qui propriè hodie capitanei appellantur. Si uerò facta fuerit à minoribus uel minimis ualuasoribus, aliud est. Tunc enim possunt deuestiri non habita ratione culpæ, nisi fecerint hostem Romæ. tunc enim idem est in minimis quod in maioribus ualuasoribus, uel nisi emerint feudum. tunc enim prædium restituendum est secundum antiquum & rationabilem usum. Moderni autem non ita subtiliter cernentes, dicunt idem obseruandum in minimis quod dictum est in maioribus ualuasoribus.

DE SVCCESIONE FEVDI.

Titulus. VIII.

SEQVITVR de successione feudi uidere. Si quis igitur decesserit filiis & filiabus superstitis succedunt. tantum filij æqualiter, uel nepotes ex filio, loco sui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente uel ualente.

Hoc quoque

De successione feudi. Qui successores tene. 7

Hoc quoque obseruatur, ut si frater meus alienauerit partem suam feudi, uel fecerit inuestiri filiam suam, si moriatur sine herede masculo, nihilominus reuertitur ad me. Et olim obseruabatur usque ad quartum gradum tantum secundum quosdam, hoc ideo quia postea non uocatur feudum paternum. Alij autem dicunt usque ad septimum gradum.

Filia uero non succedit in feudo, nisi inuestitura fuerit facta in patre ut filij & filiae succedant in feudum (tunc enim succedit filia filijs non extantibus) uel nisi inuestitae fuerint de hoc feudo paterno. In alio uero feudo quod habuit initium tantum a fratribus, non succedit unus alteri, siue una inuestitura, siue duabus inuestituris, nisi hoc fuerit dictum expressim ut alter alteri succedat.

QUI SUCCESSORES TENENTUR. Titulus. IX.

SI quis inuestitus fuerit de alieno feudo post mortem eius, uel si quis fuerit inuestitus sub conditione aliqua, uel tempore, quo nullus erat inuestitus, siue premoriatur tenens feudum, siue inuestitor, siue inuestitus,
inuestitor

Feudorum liber primus, Tit. X.

investitor & investitoris heredes tenentur investito uel heredi eius ueniente tempore uel conditione, licet alij dicant, si moriatur investitus antequam tenens feudum, uel ante conditionem existentem, uel ante tempus quod heredes eius non debeant investiri. nam si quis fuerit investitus pure de alieno feudo, non ualet habita investitura. hoc ita est, nisi fuerit facta ab aliqua ecclesiastica persona, tunc enim si premoriatur investitor antequam feudum tenens, uel conditio, uel tempus existat, non obligatur successor illius. & hoc probatur per legem Lotharij de precarijs. & hoc intelligendum est in uasallis, qui feudi successionem non habent.

DE CONTENTIONE INTER
dominum & fidelem de investitura
feudi, Titulus. X.

SI contentio fuerit inter dominum & fidelem de investitura feudi, per pares curiae dirimatur. Alij enim testes & si idonei sint, admittendi non sunt, inopia tamen probationum dirimatur per religionem clientuli possessoris feudi, uel cum duodecim sacramentalibus secundum quosdam. Ceterum si dominus possideat, etiam per suum iusiurandum cum duodecim sacramentalibus

De pignori dato feudo &c. De contentione &c. 3

mentalibus dirimatur. hoc ita, nisi clientulus sit castal-
dus uel actor domini, tunc enim tantum sua, id est, do-
mini religioni statur, nisi habeat testes pares idoneos.
nam aliquando malignando multa bona auferuntur
domino hoc modo. & hoc colligitur per legem quæ est
in titulo de acquisitione actorum regis in Lombardia.
Idem dicendum est de Guardia.

DE PIGNORI DATO FEUDO
quid iuris sit. Titulus. XI.

SIMILITER si quis uoluerit dicere de pignore
sibi dato se inuestitum esse, non credatur suo iura-
mento, sed testibus idoneis paribus domus uel carie.

Insuper sciendum est feudum guardia & castaldie
quacunque hora uult auferri posse à domino, salicet
post annum.

DE CONTENTIONE INTER ME
& dominum, de portione feudi fratris mei
defuncti. Titulus. XII.

SI contentio fuerit inter me & dominum de por-
tione

Feudorum liber primus. Tit. XIII.

ratione feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum esse, & sic me debere succedere, ille uerò minimè, tanquam habuerim partem meam, siue possideo, siue alienauis, dabitur iusiurandum, scilicet patrem meum iure inuestitum fuisse. licet non possideam portionem fratris mei. Si uerò nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur iusiurandum nisi propter supradictam rationem, domino non, ut ego propter hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen uassallus poterit probare paternum fuisse, siue possideat, siue non, obtinebit, alioqui nisi probet paternum fuisse, uel nisi possideat, dominus obtinebit.

DE ALIENATIONE FEVDI.

Titulus XIII.

SI clientulus uoluerit partem sui feudi alienare, id est medium sine domini uoluntate, poterit hoc facere, ulterius progredi non potest, secundum iustum & uerum usum, alioqui & feudum amittit, & non ualebit quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligas de libello. Huic consuetudini derogatum est per legem Lotharij. Mediolanenses uerò irrationabiliter considerantes dicunt clientulum etiam alienare posse in totum, &

totum, & sine domini uoluntate. Inde potest præsumi, si clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo suo alicui ecclesiæ, non ualet, ideo scilicet, quia nunquam reuersurū sit ad dominū, cum ecclesia non desinat esse hæres. quod obseruandum est & in priuato ex natura perpetui libelli. Sed diuersum obseruatur in ecclesia quam in priuato. Ecclesia enim cultrix & auctrix iustitiæ non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se uel in alterum, priuatus uerò sæpe obuiat iustitiæ. Et si clientulus fecerit libellum uel aliud de medietate feudi sine domini uoluntate, eo mortuo sine legitimo hærede masculo (quod uerbum ita intelligendum est in feudo, id est sine filio masculo) reuertitur feudum ad dominum. Si uerò cum domini uoluntate totum uel medium alienauerit, stabilis permaneat alienatio, si atri uerò uel nepoti per libellum facta alienatio, etiam sine uoluntate domini. Item in feudo comitatus uel Marchiæ uel aliarum dignitatum non est successio secundum rationabilem usum, sed hodiè hoc est usurpatum.

DE FEUDO MARCHIAE VEL DV-
catus uel comitatus. Tit. XIII.

DE Marchia uel Ducatu uel Comitatu uel aliquo
C regali

Feudorum liber primus. Tit. XV.

regali dignitate si quis inuestitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tantum debet habere, hæres enim non succedit ullo modo, nisi ab Imperatore per inuestituram acquisierit.

Si Capitanei uel Valuasores maiores uel minores inuestiti fuerint de beneficio, filij uel nepotes ex parte filiorum succedunt. Si uero unus ex ijs filijs uel nepotibus sine descendibus masculini sexus hæredibus mortuus fuerit; prædicti fratres uel nepotes per inuestituram patris & aui in beneficium succedunt. Et similiter intelligendum est in consobrinis.

Si duo fratres simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno; si unus eorum sine descendibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum fuerit in inuestitura quòd frater fratri succedat. Per pactum enim frater succedit, non dominus. Et quod diximus de fratribus, ut unus alij succedat per pactum: idem dicendum est de filiabus, si hoc pactum conaliet, & sic per pactum filia succedunt.

**AN MARITVS SUCCEDAT VXORI
in beneficio Tit. XV.**

Si foemina habens beneficium & maritum, moriatur: nullo modo succedit in beneficium maritus, nisi specialiter inuestitus fuerit. Et si ipsa foemina filios dimiserit: dicunt quidam filios non debere succedere in beneficium matris, nisi specialiter sit dictum, uel inuestiti fuerint: quia secundum usum regni ad beneficium uocantur paternum, & non maternum. Sed secundum equitatem dicimus filios debere succedere. Hoc dicimus de Capitaneis, & de maioribus Valuasoribus & de minoribus: de minimis autem & de ijs qui beneficium tenent à minoribus ualuasoribus, sic seruetur, sicut inferius dicemus.

DE FEVDIS DATIS MINIMIS

Valuasoribus, quid iuris sit? Tit. XVI.

Si minores Valuasores beneficium tollere uoluerint minimis Valuasoribus: licet eis facere, excepto si beneficium uendiderint eis. Si uero pretium de beneficio acceperint: tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

QVIBVS MODIS FEVDVM AMIT-

tatur. Titulus XVII.

C ij Sj

Feudorum lib. I. Tit. XVII. & XVIII.

SI Capitanei, uel maiores Valuafores, qui hodie
uocantur Capitanei (licet improprie dicantur mi-
nores) seniores in bello dimiserint, uel si credentiam
ad eorum damnum scienter manifestaerint, si Valua-
fores seniorum uxores adulteraerint, si scienter senio-
res assalierint, uel similes culpas commiserint, beneficia
carere debent.

APVD QVEM VEL QVOS CON-
trouersia feudi definiatur. Tit. XVIII.

SI contentio fuerit de beneficio inter Capitaneos,
scorum Imperatore definire debet. Si uero fuerit
contentio inter minores Valuafores, & maiores de be-
nificio, in iudicio parium definiatur, uel per iudicem
curtis.

Si aliquis de Capitaneis uel de maioribus Valuaso-
ribus uel de minoribus suum beneficium siue totum,
siue partem alienauerit, & ipse uel heres eius sine herede
decesserit, quia beneficium senioribus aperitur,
totum quod fecit, reuocari debet.

CONSTITVTIONES FEVDALES
domini

Constitutiones feudales domini Lotharij &c. 11

domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam beati
Petri in ciuitate Romana condidit obseruandas.

TITVLVS XIX.

Cap. 1.

SI quis ex militum ordine decesserit, qui de feudo
siuestitus fuerit, ut constitutum habemus, obserue-
tur de beneficio & successione & culpa. Si unus incul-
patus fuerit una de his nominatis culpis, ut habemus
insertum, obseruetur per constitutionem domini Lo-
tharij Imperatoris, quæ est constituta tempore Eugenij
pape ante ianuam beatissimi Petri Apostoli in ciuitate
Romana per laudamentum sapientum Papiæ atque
Mediolani, Mantuæ, Veronæ, (quæ Brennona uoca-
tur) & Parmæ, Lucæ, & Pise, & Syponi, & Mar-
chionum atq; Ducum uel Capitaneorum atque Valua-
sorum maiorum.

Imperator Lotharius Eugenio Pape, &
uniuerso populo. Cap. 2.

SI quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, &
nepotem reliquerit, in beneficiũ aui in patris uicem
succedit. Et si heredem & fratrem reliquerit in be-
nificium patris ipse succedit. Et si filius fratris mortuus

C iij

fuerit

Feudorum Liber primus, Tit. XX, & XXI.

fuerit, frater patris in beneficium aui defuncti succedat.

DE BENEFICIO FRATRIS, ET

qualiter frater in beneficium fratris succedat. Titulus XX.

SI quis adquisierit beneficium, & sine filio masculo mortuus fuerit, & fratrem reliquerit: frater non succedat fratri, sed dominus habeat, nisi per investituram à domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri si mortuus fuerit sine herede masculino: uel succedat frater fratri morienti sine filio: uel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum, uel utriusque nomine domino sciente, si in simul steterint, uel in hostem regis adquisierint.

DE FEUDO SINE CVLPA NON
amittendo. Tit. XXI. Cap. I.

SAnamus, ut nemo miles sine cognita culpa beneficium suum amittat, si ex culpis ijs uel causis conuictus non fuerit, quas milites usi sunt nominare, quando fidelitatem faciunt dominis suis, per laudamentum
parium

Quo tempore miles investituram petere debeat 12

parium suorum, uel si dominis suis deseruire noluerint: tunc conditio causa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non seruit domino. Nam si steterit uiginti annis & ultra quod non seruierit domino: nisi necesse fuerit domino, feudum non amittit.

Si quis miles beneficium suum uendiderit totum sine uoluntate uel iussu domini sui: ut proprium beneficium amittat, decernimus: dominus uero habeat, uel si concubuerit cum uxore domini sui domino uiuente, uel si impugna suum dominum dimiserit, & cum eo non laborauerit, si potuerit.

QVO TEMPORE MILES INVE
stituram petere debeat. Tit. XXII.

Suadamus ut nemo miles ultra annum & mensem suadat, ut investituram beneficij sui a filio uel successore domini sui petat, uel post mortem domini sui uel patris sui uel alterius cui succedere debet, nisi iusta causa interuenerit quare non petierit, ueluti mortis, uel capitales inimicitie, uel infantia, uel iusta absentia: & si (ut supra dictum est) non petierit, damnetur.

C iij Si quis

Feudorum Liber primus. Tit. XXIII.

Cap. 2.

Si quis fecerit inuestituram uel cambium de beneficio sui militis, sine illius consensu cuius est beneficium pro non facto habeatur.

Cap. 3.

Sanamus, ut nemo miles adimatur de possessione sui beneficii, nisi conuicta culpa, quæ sit laudanda per iudicium parium suorum, sicut supra diximus.

Si autem dixerit miles, quod sui pares iniquè iudicassent: miles in possessione maneat per sex hebdomadas, et ad nostram ueniat presentiam cum illis, qui laudamentum atque iudicium fecerint, et ante nos de finiemus.

DE CONTENTIONE INTER
dominum et uasallum de inuestitura feudi.

Titulus XXIII.

SI quis miles in possessione sui beneficii fuerit, et dominus inuestituram negauerit, miles affirmet per iusiurandum, si potuerit, quod suum sit beneficium per inuestituram domini sui. et si dominus possederit, et miles sic dixerit, quod inuestitus fuerit a domino suo, et dominus negauerit: adhibeantur pares illius, et per ipsos

Quemadmodum feud. ad fil. ptin. Quibus modis. 13
per ipsos inueniatur ueritas. & si pares non fuerint,
ueritas inueniatur per dominum, quia non est bonum
ut ueritas denegetur.

QUEMADMODUM FEVDVM AD
filiam pertineat. Tit. XXIII.

SI quis sine filio masculo mortuus fuerit, & relique-
rit filiam, filia non habeat beneficiū patris, nisi
à domino redemerit. Si autem dominus ei dare uo-
luerit propter seruitium & amorem patris, non reuo-
cetur ab ullo ex parentibus suis, neque damnetur.

QVIBVS MODIS FEVDVM CON-
stitui potest? Titulus XXV.

Sciendum est feudum sine inuestitura nullo modo
constitui posse, etiam si domino iubente quis alicuius
rei nomine feudi possessionem nanscatur & teneat, li-
cet tamen possessionem taliter adeptam, dum uixerit,
quasi feudi nomine retinere, herede eius in hoc iure
nullo modo ei succedente.

Si dominus qui inuestiuit, fortè fit clericus, & con-
tingerit

Feudorum liber primus. Tit. XXVI.

uigerit ut antè moriatur, quàm uasallus possessionem feudi nancisceretur, exinanitur feudum, quod generaliter in omnibus clericis qui feudum dant, obseruatur.

SI DE INVESTITURA INTER

dominum & uasallum lis oriatur.

XXVI.

SI inter dominum & uasallum lis oriatur de inuestitura feudi, domino scilicet inuestituram se fecisse negante, si testibus res probari non poterit, possessoris sacramento res decidatur, Idem & in eorum successoribus obseruatur. Si uerò testes interfuerint, & eos uasallus ad testimonium uocauerit, eorum testimonio cum sacramento credatur. Testes uerò sint pares eius, & qui ab eodem domino feudum teneant, qui si tempore inuestitionis abfuerint, etiam extranei sunt recipiendi, qui etiam si ueritatem celare uoluerint, fortè amore uel pretio, uel alia qualibet ex causa, à Comite uel à populo iurare compellantur, quòd ex causa falsitatem non dicant, nec uera scientes tacebunt. His enim non cogentibus eos, uasallus cum ipso domino ad Imperatorem ire festinet, eiq; causam intimet, & quod Imperator inter eos iudicauerit, obseruetur. Si autem se uenturum uel nuntium
missurum

Si de inuestitura inter dominū & uasallū oriatur. 14
missurum uasallus promittat, ex quo promiserit usq;
ad annum quietē possideat. Si uerò ad regem non ue-
nerit, uel non miserit intra annum: domini sacramento
causa finiatur. Et si testes sacramento iam dicto præstito
se non interfuisse dixerint, domini sacramento quæstio
terminetur.

Hæc omnia etiam in clericorum personis locum ha-
bent, præterquam quod de personis testium dictum est.

In clericorum feudo pariter accipiuntur pares & ex-
tranei, hoc ideo, quia cum clerici quosdam de feudo in-
uestiunt, sæpe absconsè & sine præsentia suorum con-
fratrum hoc facere student.

Si quis se uel patrem suum ab aliquo defuncto, uel
patre eius de feudis inuestitum esse contenderit, nisi per
duos pares de domo ipsius domini probauerit quod in-
tendit, uel etiam cum pares absunt, per alios idoneos du-
os testes, tunc in electione domini est, utrum uelit iu-
rare cum duodecim sacramentalibus illum, qui feudum
querit, per se, uel patrem eius, si de hoc queratur, de
ipso feudo inuestitum non fuisse. Quòd si iurare uo-
luerit, actor iuret cum duodecim sacramentalibus se,
uel patrem suum inuestitum fuisse. Quòd si iurare
noluerit,

Feudorum liber primus. Tit. XXVII.

noluerit, qui conuenitur est absoluendus. Secundum enim morem Mediolanensiura hæc sacramenta præstanda suum tam à filijs actoris uel rei, quàm ab ipsis principalibus personis.

Si autem aliquis in possessione feudi sit, de quo dominus diat cum inuestitum non fuisse, tunc sine probatione ulla testium debet solus iurare se uel patrem suum fuisse inuestitum.

Hæc autem sunt ita tenenda, si per unum annum sciente domino & non contradicente in possessione feudi permansit. alioquin iusta ignorantia uel parui temporis negligentia cum iniquæ possessionis periurio quandoque domino in possessione damnum affert.

**DE FEUDO DATO IN VICEM
legis commissoriae reprobando.**

Tit. XXVII. Cap. 1.

S*I quis obligauerit aliquam rem pignori eo pacto, ut si statuto tempore pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris, & eam pro feudo habeat, potest debitor quandocunque pecuniam soluendo, pacto non obstante*

stante pignus recuperare.

Feudum enim non sub pretextu pecunie, sed amore
& honore domini acquirendum est.

Cap. 2.
SI quis inuestierit aliquem de feudo sui militis, uiri
Placentini prorsus asserunt hanc inuestituram non alia
ter ualere, nisi eo consentiente cuius erat feudum. Me-
diolanenses & Cremonenses nihil distare asseuerant,
utrum eo sciente uel ignorante, dummodo eo uiuente
nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat. Hoc
autem dicendum est de eo milite, qui feudi successores
non habet.

DE VSV MEDIOLANENSIVM
secundum quosdam. Tit. XXVIII.

Quidam obligauerat terram quandam suo militi,
deinde cum filius sui domini longum post tem-
pus pecuniam offerendo pignus liberare uoluisset, filius
militis contendebat patrem suum à domino suo defun-
cto de prædicto pignore inuestitionem feudi accepisse.
unde uiri prudentes Mediolanenses interrogati lauda-
uerunt, in electione filij militis esse cum duodecim Sa-
cramentalibus iurare patrem suum, uel se, à domino suo
per inue.

per inuestituram prædictam terram tenuisse, aut quod per xxx. annos contestatio pignoris à parte domini aduersus ipsum uel patrem suum facta non fuisset. Si autem ipse iurare noluerit, filius defuncti domini necesse habet iurare cum duodecim sacramentalibus defunctum militem inde per feudum inuestitum non fuisse. Quod si ita iurare reuset, inuestire ipsum filium militis domini filius de iam dicta terra per feudum debet.

LIBRI. I. FINIS.

LIBER SE- CVNDVS.

DE FEVDI CONSTITVTIONE.

alias Cognitione. Titulus I.

Obertus de Orto, Anshelmo filio suo dilecto salutem.

CAUSARVM quarum cognitio frequenter nobis committitur, alie dirimuntur iure Romano, alie uero legibus Longobardorum, alie autem secundum

dum regni consuetudinem, quæ quanquam sint uariæ,
 & quanquam secundum diuersorum locorum aut cu-
 riarum mores sint diuersæ, nec breuiter possint di-
 ne hoc libello facile comprehendere: usum tamen feudi
 qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, ex-
 ponere tibi necessarium duxi. In iudicio etenim quod de
 feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet.
 Legum autem Romanarum non est uilis autoritas: sed
 non adeo uim suam extendunt, ut usum uincant aut mo-
 res. Strenuus autem legisperitus, sicubi casus emerferit,
 qui consuetudine feudi non sit comprehensus: absque
 calumnia uti poterit lege scripta.

Sæendum est autem, Feudum siue beneficiũ non nisi
 in rebus soli, aut solo coherentibus, aut in ijs quæ inter
 immobilia connumerantur (ueluti cum de Camera aut
 de Cauena feudum datur) posse consistere: ac feudum
 nemine posse acquirere nisi investitura aut successione.

QVID SIT INVESTITURA.

TITVLVS II.

Inuestitura quidem proprie dicitur possessio: abusu
 autem modo dicitur investitura, quando basta uel
 aliud

Feudorum liber II. Titulus II.

aliud corporeum quilibet porrigitur à domino feudi
se inuestituram facere dicente: quæ si quidem ab illo fiat,
qui alios habet uasallos, saltem coram duobus ex illis
solenniter fieri debet: alioqui licet alij intersint testes,
inuestitura minimè ualeat. Si enim domino adhuc in
possessione constituto, an facta sit inuestitura, quærat?
non debet probare nisi per pares curtis illius domus,
uel per publicum instrumentum à tribus uel à duobus
paribus confirmatum. Nam si instrumentum defecerit,
uel quia factum non fuerit, uel quia amissum sit: tunc
qui probare desiderat, pares curiæ illius qui interfue-
rint, offerat, qui si denegauerint, fortè corrupti odio uel
gratia seu pretio, & dicant se non interfuisse cum inue-
stitura facta fuerat, uel non reminiscant: tunc domino con-
gente iurent tactis sacrosanctis scripturis, quòd huius
rei ueritatem nesciant, & tunc actor aut alios producat
pares, aut iurisiurandi domino detur electio, ut proinde
iuret inuestituram factam non esse, aut sacramentum
Vasallo referat, & ille aut iuret, aut acquiescat. Quòd
si iurare pares aliqua ex causa recusauerint, nec domi-
nus eos iurare compellat, liceat Vasallo etiam per ex-
traneos probare inuestituram. Testibus uerò deficien-
tibus, iurisiurandi electio domino detur.

Si uerò

Si uerò uasallus quidem possideat, uel si feudum camera aut cauena in duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat, dominus autem feudum negans esse, rem suam petat, uel quod de camera uel de cauena bis uel ter (sicut diximus) iam solutum est, deinceps soluere renuat, tunc non est opus probatione, sed possidenti data electione, aut iuret suum esse feudum retentum, aut domino referatur iusiurandum.

Si autem inuestitura ab eo, qui uasallos non habebat, dicatur facta, tunc per quoslibet idoneos testes aut per publicum instrumentum probari potest, aut inopia probationis emergente, res decidatur per iusiurandum.

Præterea si aliquis tenor præter communem feudi rationem in inuestitura à domino dicatur interuenisse, uel si dicatur feudum sub tali conditione dedissent Vasallus in festiuis diebus uadat cum uxore sua ad ecclesiam: omni facultate probandi domino adempta, habeat Vasallus potestatem defendendi se per sacramentum.

Item si Vasallus per pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, ueluti de filiarum successione, liceat ei tenorem, si potest, sicut inuestituram probare.

D quod

Feudorum Liber II. Titulus. III.

quòd si in probatione defecerit uel cessauerit, concedatur domino hoc denegare iurciurando praestito.

PER QVOS FIAT INVESTITVRA,
¶ per quos reapiatur? Titu. III.

Inuestitura autem aut fit de ueteri beneficio, aut de nouo, quæ de ueteri fit, etiam à minore potest fieri. Siue autem à minore, siue à maiore fiat, non de omni possessione Vasalli, sed de iusta tantum facta intelligitur, nisi aliud nominatim dicatur. Noui uerò inuestitura feudi non ab alio rectè fit, nisi ab eo, qui legitime suorum bonorum administrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inuestituram facere.

Si etiam res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, nisi in casibus, ut ecce, si quis ex agnatis tuis rem, quæ à communi parente per successionem ad eum peruenerit, alienare uoluerit, non permittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alij eam uendere, nisi tibi uel alij proximiori pro equali pretio acipere uolenti. per feudum tamen aulibet dare potest, nisi fiat in fraudem nostræ consuetudinis, uel legis nouæ

Quid præcedere debeat, an inuestitura, &c. 18

gis nouæ bonæ memoriæ Lotharij uel Friderici Imperatoris. tunc enim resassa inuestitura, reddito à te, uel ab alio proximiori uidelicet secundum antiquam consuetudinem pretio si quod dederit is, qui inuestituram accepit, compellatur rem tibi restituere.

Personam uerò inuestituram accipientis non distinguimus, nam etiam seruus inuestiri poterit, nisi ignorantia prætendatur. Sed utrum ipse uel alius pro te inuestituram faciat, uel suscipiat, nihil interesse putamus. potest enim hoc negotium et per procuratorem ab utraque parte expediri.

Fœminam quoque etiam noui feudi inuestituram facere posse plerique consentiunt.

Nulla autem inuestitura debet ei fieri qui fidelitatem facere recusat, cum à fidelitate feudum dicatur, uel à fide, nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, ut sine iuramento fidelitatis habeatur.

QVID PRÆCEDERE DEBEAT,
an inuestitura, uel fidelitas? Tit. III.

D ij

Vtrum

Feudorum liber. II. Tit. III. & V.

VTRVM autem præcedere debeat fidelitas in-
uestituram, an investitura fidelitatem, quesitum
são, & saepe responsum est investituram debere præce-
dere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus iusiuran-
dum, quod à Vasallo præstatur domino.

QUALITER IURARE DEBEAT
Vasallus domino fidelitatem? Tit. V.

QUALITER autem debeat iurare Vasallus
fidelitatem, uideamus. Iurare scilicet sic debet.

Ego iuro ad hæc sancta Dei Euangelia, quòd ammodo
inantea ero fidelis huic, sicut debet esse Vasallus domi-
no, nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit
dominus, pandam alijs ad eius detrimentum, me sciente.

Si uerò domesticus, id est, familiaris eius sit cui iurat,
aut si ideo iurat fidelitatem, non quòd habeat feudum,
sed quia sub iurisdictione sit eius, cui iurat, nominatim
uitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem au-
stodire iurabit.

DE FORMA FIDELITATIS
TITVLVS VI.

IN epistola Philiberti Episcopi in decretis xxij. causa,
de forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc
uobis quæ sequuntur, breuiter ex librorum autoritate
notaui. Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in
memoria semper habere debet, incolume, tutum, hone-
stum, utile, faale, possibile. Incolume, ne sit in damno
domino suo de corpore suo. Tutum, ne sit ei in damno
de secreto suo, uel de munitionibus suis per quas esse tu-
tus potest. Honestum, ne sit ei in damno de sua iusti-
tia, uel de alijs causis, quæ ad honestatem eius pertinere
uidentur. Utile, ne sit ei in damno de suis possessioni-
bus. Faale uel possibile, ne id bonum quod dominus su-
us facere leuiter poterat, faciãt ei diffiale, neue id, quod
possibile ei erat, faciãt impossibile. Ut fidelis hæc do-
cumenta caueat, iustum est. Sed quia non suffiãt absti-
nere à malo, nisi fiat quod bonum est, restat ut in sex
prædictis consilium & auxilium domino præstet, si be-
neficiò uult dignus uideri, & de fidelitate esse saluus.

Dominus quoque in his omnibus uicem fideli suo
reddere debet. quod si nõ fecerit, meritò censebitur ma-
lefidus, sicut ille, qui in eorum præuariatione uel faciã-
endo uel consentiãdo deprehensus fuerit, perfidus &
periurus.

Feudorum liber II, Titulus VII.
DE NOVA FORMA FIDELITATIS.
TITVLVS VII.

EST & alia de nouo super fidelitatis iuramento forma inuenta, & utentium approbata consuetudine, que hodie ferè in omni curia uidetur obtinere, hæc scilicet.

Ego Titius iuro super hæc sancta Dei Euangelia, quòd ab hac hora in antea usque ad ultimum diem uitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem, exæpto Imperatore uel Rege.

Quod uerbum si rectè intelligatur, nulla quidem indiget adiectione, sed integram & perfectam in se continet fidelitatem, sed propter simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius uerbi interpretationem hoc adijci solet, id est.

Ego iuro quòd nunquam scienter ero in consilio, uel auxilio, uel in facto, quòd tu amittas uitam, uel membrum aliquod, uel quòd tu recipias in persona aliquam lesionem, uel iniuriam, uel contumeliam, uel quòd tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, uel in antea habebis.

habebis. Et si sciuero uel audiuerō de aliquo, qui uelit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimentum prestabo. Et si impedimentum prestare nequiuero, quam cito potero tibi nuntiabo, et contra eum prout potero auxilium meum tibi prestabo. Et si contigerit te rem aliquam quam habes uel habebis, iniuste uel fortuito casu amittere, eam recuperare iuuabo, et recuperatam omni tempore retinere. Et si sciuero te uelle iuste aliquem offendere, et inde generaliter uel specialiter fuero requisitus, meum tibi sicut potero prestabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaueris, illud sine tua licentia nemini pandam, uel per quod pandatur faciam. Et si consilium mihi super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo consilium, quod mihi uidebitur magis expedire tibi, et nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter quod pertineat ad tuam uel tuorum iniuriam uel contumeliam.

Inuestitura uero facta, et fidelitate subsequuta, omnimodo cogatur dominus inuestitum in uacuum possessionem mittere. quod si differat, omnem utilitatem ei prestabit.

DE INUESTITURA DE RE

aliena facta, Titu. VIII.

D iij

Cum

CVM de re aliena uel alij obligata inuestitura fiat, illud distinguitur utrum scienti an ignorantia facta sit? Qui enim alienae rei sciens inuestituram accepit, nisi pacto speciali sibi prospexerit, de euictione agere non poterit, ignorans uero recte aget, ut aliud eiusdem bonitatis seu quantitatis ei praestetur. Sed in eo nulla est differentia, qui inuestituram fecit, utrum scierit, uel ignorauerit.

Rei autem per beneficium recte inuestitae Vasallus hanc habet potestatem, ut tanquam dominus possit a quolibet possidente sibi quasi uendicare, & si ab alio eius rei nomine conueniatur, defensionem opponere, nam & seruitutem eidem rei debitam petere potest, & retinere.

Quid ergo si pretio, uel dolo, aut incuria seruitutem rei beneficiariae imponi patiatur, & ad dominum ex qualibet causa postea beneficium reuertatur, an ex eo praerudium domino generetur, quaesitum fuit? & responsum est ut uasallo quidem donec feudum tenet, possit obesse, domino autem & si per longa tempora perseverauerit seruitus, minime noceat.

Econtrario

Qualiter olim poterat feudum alienari. 21

Econtrario autem si quid feudo à uasallo additum sit, si quidem tale adiectum sit quod per se subsistere possit, id est, ut per se censeatur, ut prædium, id non accrescat feudo. Si uerò per se non possit subsistere, ut seruitus, plerisque placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendam esse. meliorem nanque conditionem feudi facere potest, deteriore uerò sine domini uoluntate uel eorum agnatorum, ad quos per successionem pertinet, facere non potest.

Quamuis enim possessio per beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad alium spectat, & ideo quarta siue tertia ratione quæ à Longobardis seu à Romanis uiris uxoribus fieri solet, post mortem uiri ad mulierem nihil pertinet. nam nec pignus quod consuetum dicitur, fieri potest ex feudo.

QUALITER OLIM POTERAT
feudum alienari. Tit. IX.

EST autem optima consuetudine interdicta feudi alienatio, super qua multe & diuersæ sententiæ dabantur in singulis ciuitatibus seu curijs, donec Imperator diuæ memoriæ Lotharius tertius promulgauit super hos

Feudorum liber II. Tit. IX.

per hoc nouam constitutionem, quæ posita est in tit. de beneficijs. Neccssitate nanq; suadente poterat olim uassallus domino inscio uel inuito feudi partem uendere, retenta uidelicet alia parte.

Si uerò uel totum uel partem uolebat per feudum aliquem inuestire, hoc licebat ei sine fraude facere. Si autem dissentiente domino uendebat, siue per feudum inuestiebat (quod & ipsum syncere hodie & sine fraude licet ei facere) si tamen sine hærede masculino descendente decedebat, uel feudum in manu domini refutabat, aut alia fortè ratione intercedente culpa amittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur, eo excepto, quod ille, qui secundo loco beneficiam acceperat, non amittebat, si priori domino seruire, & ab eo feudum recognoscere uolebat.

Donare autem aut iudicare pro anima, uel in dotem pro filia dare, nullius curiæ poterat consuetudine, licet posset locare, nisi locatio esset fraudulenta alienatio, si aut est per libellum, ut dicatur uenditio. Quis enim dubitat quod libellario nomine sub uilissima duorum denariorum pensione perpetuo concedatur utendum, alienatum in fraudem esse?

Porro

Porro siue de bona consuetudine, siue de praua quaeramus, concessa erat domino pro equali pretio redemptio, nisi hoc beneficium amiserit dominus per refutationem, uel annali silentio, ex quo scauerit computando.

Prescriptione autem triginta annorum submouebatur tam sciens quam ignorans, in prohibendo autem uel redimendo potior erat proximi agnati, quam domini conditio, si tamen feudum erat paternum.

De illa uero feudi alienatione quae à domino fit, si dubitetur, lex Imperatoris Corradi consulatur, quae posita est in iam dicto titulo de beneficijs.

QVIS DVCATUR DVX, MARCHIO, COMES, CAPITANEUS, UEL VALVASOR.

TITVLVS X

QUI à principe de ducatu aliquo inuestitus est, Dux solito more uocatur. Qui uero de marchia marchio dicitur. Dicitur autem marchia, quia marcha, sicut plurimum iuxta mare sit posita. Qui uero de aliquo comitatu inuestitus est, Comes appellatur. Qui uero à principe uel ab aliqua potestate de plebe aliqua uel plebis parte per feudum est inuestitus, is Capitaneus appellatur.

Feudorum liber II. Tit. XI.

appellatur, qui propriè Valuasores maiores olim ap-
pellabatur. Qui uerò à Capitaneis antiquitus beneficiū
tenent, Valuasores sunt. Qui autem à Valuasoribus
feudum, quod à Capitaneis habebatur similiter acce-
perint, ualuasini, id est minores ualuasores appellantur,
qui antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam ha-
bebant. Valuasorem autem sine filio mortuo, feudum
quod ualuasori minori dederat, ad Capitaneum reuer-
tebatur. Sed hodiè eodem iure utuntur in curia Medio-
lanensi, quo & Valuasores.

Ceteri uerò, qui ab antiquis temporibus beneficiū
non tenent, licet nouiter à Capitaneis seu à Valuasori-
bus acquisierint, plebei nihilominus sunt.

Nam illi, qui soldatam habuerunt uel acceperunt
uel habent, per eam nullum pedagium, sed nec feudi
usum acquirunt. Soldata autem est præstatio quedam
annua gratuita, quæ à neutra parte transit in heredem.
Morte enim dantis uel accipientis interueniente finitur.
Soldata uerò dicitur, quia plerumque in solidorum do-
natione consistit, quandoq; autem in uino & annona
consistit.

DE SVC-

DE SUCCESSIONE FRATRUM,
uel gradibus succedentium in feudo.

TITVLVS XI.

PER successione[m] quoq[ue] sicut per inuestituram
beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo, qui
beneficium tenebat, prima causa liberorum est. filijs
enim existentibus masculis, uel ex filio nepotibus, uel de
inceps per masculinum sexum descendentibus, ceteri re-
mouentur agnati.

Ad filias uero seu neptes uel proneptes, uel ex filia
nepotes seu pronepotes successio feudi non pertinet.
Proles enim foeminini sexus, uel ex foemineo sexu de-
scendens, ad huiusmodi successione[m] aspirare non potest:
nisi eius conditionis sit feudum, uel eo pacto acquisitum.
His uero deficiantibus, uocantur primo fratres cum fra-
trum premortuorum filijs, deinde agnati ulteriores.
Quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum,
hoc est, si fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis
communis. Si enim Titij auus de nouo beneficio fuerit
inuestitus, Titio sine legitimo herede masculo defuncto,
eius feudi successio non pertinet ad eiusdem Titij pa-
truum magnum, nec ad prolem ex eo descendente[m], imo
reuertitur

Feudorum Liber II. Tit. XII.

reuertitur ad dominum. Ad cognatos enim eius beneficium non pertinet, neque beneficii successio. Si uero dominus uel alius beneficium defuncti nouum esse dicat, agnatus autem illius proximus paternum esse contendat: tunc onus probationis incumbit illi, qui nouum dicit. Sed scio aliter pronuntiatum esse. Bonus enim iudex causa cognita diligenter intuebitur cuius potius iureiurando dirimenda sit haec questio, utroque saluet in probatione deficiente.

DE FRATRIBVS DE NOVO BENEFICIO INUESTITIS: Titu. XII.

SI duo fratres de nouo beneficio et non de paterno simul inuestiti fuerint, uno sine herede defuncto, ad alterum non pertinet eius beneficii portio, nisi si facta fuerit eo pacto inuestitura.

Si duo fratres in casa communi post mortem patris remanserint, id est habitauerint simul, et unus eorum feudum adquisierit: plerique dicunt ad alium non pertinere, sed ad dominum, nisi per pactum: sed neque uiuente eo, qui adquisierit, neque post mortem eius: fructus tamen erunt communes, donec simul habitauerint. Quod si cum

si cum equis & armis communibus uel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicunt, ne forte inuitus dominus alium, quam quem uoluerit, sibi adquirat Vasallum: dum tamen meminerimus id quod de communi expensum est, alteri pro parte competenti esse restituendum.

DE INVESTITURA, QUAM TITIVS
accepit à Sempronio. Tit. XIII.

TITIVS à Sempronio talem investituram accepit feudi, ut haberet ipse & heredes sui legitimi masculi: & ijs omnibus deficientibus, foeminae. Porro Titius superstitie tantum filia decessit. Ipsa à domino investita fuit, & feudum in dotem dedit, marito q; superstitie sine liberis decessit. Querebatur si ad maritum successio feudi pertineat? Responsum est non pertinere.

DE VASALLO DECREPITAE
ætatis, qui feudum refutavit, ut filij investirentur. Titulus XIII.

Quidam uasallus cum decrepitae ætatis esset, feudum suum in manu domini ad hoc refutavit, ut
Sciunt

Feudorum liber II. Tit. XV.

Seium & Sempronium filios suos de eodem beneficio inuestiret. Vasallo mortuo Sempronius sine legitimo herede, Seio adhuc superstite decessit. Lis est inter dominum, tanquam nouum feudum sibi delatum esse dicentem, & Seium paternum esse contendentem. Vnde eorum sententia praeualuit, qui dixerunt hoc feudum quamuis refutatum, nihilominus esse paternum.

DE INVESTITURA IN MARI-
tum facta. Tit. XV.

Vasallus superstite tantum una filia decessit, illa uero maritum accepit, cui dominus accepta pecunia partem feudi quod pater puellae habebat, retenta sibi parte altera, dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit dicens totum hoc feudum esse paternum, & ideo omnimodo esse ad se deuolutum. E contra maritus contendit hanc partem, quam ipse habet, nouum feudum esse, & ideo domino apertum, queritur igitur utrum apud dominum eundem, & in eius curia cogatur agnatus defuncti litigare, uel apud agnati iudicem, uel arbitrum utriusque consensu electum hoc esse debeat? mihi & alijs placet potius apud iudicem ordinarium uel arbitrum, quam apud eundem dominum hoc litigium fore determinandum. Item

Item placet agnatum non semper cogendum probare feudum hoc esse paternum, sed ab aduersa parte nouum esse probandum. Qua deficiente in probatione tunc agnato (ut dictum est) causa cognita detur electio, quatenus uel iuret esse paternum, uel alteri parti referat iusiurandum, & ille aut iuret, aut taceat.

Illud tamen sciendum est, quod si inter duos qui dixerint se esse uasallos, de feudo fuerit dubitatio: alter alterum inuitum trahere non potest ad dominum uel eius curie iudicium. Si uero cum sua curia dominus uocauerit eos: nemini eorum licet illius domini uel eius curie examen declinare.

DE CONTROVERERSIA FEVDI
apud pares terminanda. Tit. XVI.

SI inter dominum & uasallum de feudo orta fuerit contentio per pares illius domus, sicut lex Corradi dicit, dirimatur, si tamen pares habeat. Et si quidem dominus & uasallus consenserint in eligendis paribus: nulla dubitatio est. si uero dissentiant: tunc quid faciendum sit, queritur. sed praeualuit eorum sententia, qui dixerunt dominum debere eligere prius, quem aut

E quos

Feudorum liber. II. Tit. XVII.

quos uoluerit, & uasallus similiter hoc faciat secundum numerum à domino comprobatum. Ille tamen uasallus qui fidelitatem domino non iurauit, domino uel uasallo dissentiente, pro pari non est eligendus.

DE EO, QUI SIBI, VEL HAEREDIBUS
suis masculis & foeminis inuestituram
accepit. Titulus XVII.

Qui sibi uel haeredibus suis masculis, uel his deficiantibus, foeminis per beneficium inuestituram feudi accepit, una tantum filia superstiti, nullo alio descendente relicto decessit, haec marito paternum feudum in dotem dedit, & decessit, duobus filiis ex eo procreatis: quorum unus duas filias reliquit, alter uero uno filio masculo relicto decessit. de praedicto itaque feudo urgentem uidimus questionem, masculo quidem hoc feudum totum sibi, quia solus eius, qui primo inuestituram accepit, haeres masculus sit, uendicante foeminis uero totam sui patris partem sibi defendentibus, quia ex eo nullus extitit masculus. Cumq; inter sapientes saepe super hac questione sit disputatum, tandem pro masculo pronuntiatum est. non enim patet locus foeminae in feudi successione, donec masculus super est ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus.

Nam & illud iudicatum sc̄o, si ille, qui proprium feudum suum militi pro beneficio dedit, duobus filijs relictis decesserit, quorum unus filia tantum relicta obiit, alter uerò filio masculo relicto supersite defunctus est: quòd miles non debet feudum suum per fœminam recognoscere, donec superest masculus ex eo, qui primam inuestituram fecit. Alij dicunt per filiam debere recognoscere, cum de paterno allodio esset hoc feudum, alioqui si aliunde esset, uerum esset quod dicitur per fœminam non debere recognoscere.

DE DVOBVS FRATRIBVS A CAPITANEO INUESTITIS. Tit. XVIII.

DV O fratres, sc̄licet Titius & Seius, à quodam capitaneo de nouo beneficio simul inuestiti sunt: eo uidelicet tenore, ut quandiu ipsi, uel eorum heredes masculi uiuerent, & masculis defidentibus, fœmina, si superessent, feudum haberent. Ex fratribus his unus una filia relicta, altero adhuc uiuente decessit. Queritur cuius portio defuncti deferatur, utrum filiae, an fratri? Respondetur, filiae. Vnusquisque enim sibi suisq; heredibus uidetur prospexisse, si tamen is, qui filiam reliquit, sine herede decessisset, propter tenorem inuestiturae in-

Feudorum liber II. Tit. XIX. & XX.

scriptum, eius pars fratri, non domino est quasita.

AN REMOVERI DEBEANT TE

stes, qui pares esse desierunt. Tit. XIX.

EX facto quasitum scio, si inter dominum & fi-
delem de investitura feudi contentio emerferit, quia
factam eam dominus neget, si uasallus offerat eos testes,
qui tempore investituræ pares erant, sed postea qualibet
ex causa pares esse desierunt: an ideo sint remouendi,
quia nunc non sunt pares? Sed quamuis alij aliter sensu-
tiant, tamen mihi & quibusdam alijs uidetur sufficere
eos tempore investituræ saltem pares fuisse. Quid enim
peccauit, qui investituram accepit, si illi, quos eo tempore
utpote idoneos, adhibuit, postea pares esse desierunt?

DE CONTROVERSA INTER EPI

scopum & uasallum. Tit. XX.

EX eo, quod scriptum est, si inter dominum &
uasallum de feudo nascatur questio, quòd per pa-
res eiusdem curiæ dirimenda sit, quasitum est, si quis
dixerit se à quodam episcopo fortassis iam defuncto de
annua præstatione aut qualibet alia re per investitu-
ram acce-

De Vasallo milite qui arma bellica deposuit. 27

ram accepisse, & cum successore eius agat, & ille respō-
dendo neget hunc esse uasallum, utrum per pares eius-
dem curiæ sit iudicandum super hac quæstione? Oppo-
nit enim uasallus quòd dominus eum negat esse uasal-
lum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit
uasallus quòd prius de suo recto feudo debet inuestiri,
quàm à nemine iudicari: domino respondente, quòd quic-
quid iure eos, siue de inuestitura, siue de fidelitate, siue
de principali causa agendum est, per suam curiam est
expediendum. Sed laudatum sæpe são, pares illius curiæ
secundum præfatum modum esse eligendos prius, ad
quorum spectat officium ut illū prius de suo recto feu-
do inuestiri faciãt: sed fidelitatis iusiurandum disse-
ratur donec de principali causa cognoscatur, ex illo enim
apparebit utrum iurare debeat, an non: quod totum
expeditæ quæstionis est. Sed si constiterit uasallum
aliquid aliud præter id de quo quæritur, ab eodem do-
mino tenere pro feudo: tunc quin debeat de suo recto
feudo inuestituram acipere, & fidelitatem iurare, & sic
ad principalem causam accedere, non est dubitandum.

DE VASALLO MILITE QUI ARMA
bellica deposuit. Titulus XXI.

E ij Miles

MILES qui beneficium tenebat, cum esset sine liberis, uenerabilem domum intrauit, & seculo renuncians, arma bellica deposuit, habitumq; religionis assumpsit: & sic conuersus factus est. hic donec uixerit, feudum retinere conatur, quod dominus uel agnatus sibi pertinere contendit. Sed iudicatum est domini uel agnati conditionem esse potiore, quod desijt esse miles seculi, qui factus est miles Christi: nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.

DE MILITE VASALLO QUI CONTUMAX EST. Titulus XXII.

Dominus uocat militem qui ab eo feudum possidebat, dicendo eum in culpam inadiisse, p quam feudum amittere debeat, hic non respondet. Queritur quid faciendum sit domino? Respondeo eum ad curiam uocare debere: & si non uenerit, iterum eum debere uocare usque in spacio tertio septem uel decem dierum, arbitrio eiusdem curie terminando. Quod si neque uenerit ad tertiam uocationem, hoc ipso feudum amittat: & ideo debet curia dominum mittere in possessionem. Sed si intra annum uenerit, restituitur ei possessio, alioqui & beneficium & possessionem amittat, ut in Lombardia

barba de ijs, qui ad palatium uenire contempserint. l. si cuiuscunque.

Si uerò uasallus conqueritur de domino, forsā quia feudum malo ordine intrauit, domino perperam respondente, quid uasallo faciendum sit, queritur? Respondetur, eum curiam debere uocare, & in eadem curia de domino conqueri: curia autem debet adire dominum, eumq; salua reuerentia competenter cogere ut uel possessionem restituat et acquiescat, uel iudicio curiæ se committat. Quòd si ter admonitus facere distulerit, tunc licet uasallo ad aliam maiorem potestatem ire, & sibi consulere: & si dominus ei iustitiam facere noluerit, poterit eum depraedari.

IN QVIBVS CAVSIS FEVDVM
amittatur. Titulus XXIII.

Nota. Secundum quosdam Incipit hic
Liber III. & Titul. I.

Obertus de Orto, Anselmo filio suo. S.

Cogis me, & super hoc sepe scribendo multum
curges, ut causas, quibus beneficiū amittatur, enu-

E iij

meratas

meratas tibi significarem. Quod ideo distuli, quia sæpius circa nostræ Reipublicæ curam occupatus, & multis priuatorum causis, alijsq; rerum innumerabilium impedimentis detentus, onus illud subire non ualebam. At ne uidear preces tuas paruipendere, & studium discendi tibi nunc imminens negligere, quid mihi super hoc uideatur, paucis explicabo: dummodo memineris causas illas sub aliqua certa regula aut definitione rotunda non posse comprehendere. Nam sicut de probationibus in Digestis scriptum reperimus, sic & de his causis sine calumnia dicere possumus. Si quis enim dixerit, quæ causæ quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicuius Vasalli probandam possint sufficere, nullo certo modo posse definiri: nihil errauerit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur. non enim ad hoc suffiat omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii uidetur ingratus, sed sunt quedam (ut ita dixerim) egregiæ ingratitudinis causæ, quibus beneficium secundum mores curiarum solet adimi. Quomodo enim Vasallus, quàm humiliter, quàm deuotè, quàm benignè, quàm fideliter erga dominum suum debeat se habere, potius ex naturalibus & bonis curiarum consuetudinibus potest percipi, quàm lege aut scripto aliquo possit comprehendere.

Quae fuit prima causa beneficij amittendi. 29

In primis te illud scire oportet, beneficij illius, quod est genus, talem esse definitionem. Beneficiam nihil aliud est, quam beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capiensq; tribuendo: in id quod facit, prona, & sponte sua parata, ut ait Seneca. Huius autem generis species quedam est beneficium illud, quod ex beneuolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatae penes dantem remaneat: ususfructus uero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum haeredesq; suos masculos siue foeminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat: ad hoc ut ille & sui haeredes fideliter domino seruiant, siue seruitium illud nominatim quale esse debeat, sit expressum: siue indeterminatè sit promissum.

QVAE FUIT PRIMA CAUSA BENE-
ficij amittendi. Tit. XXIII.

PRIMA autem causa beneficij amittendi haec fuit, et adhuc est in plerisque curijs, sed in nostra curia Mediolanensi non obtinet: quod si Vasallus per annum & diem domino suo mortuo steterit, quod haeredem domini sui inuestituram petendo, fidelitatem pollicendo, non adierit: tanquam ingratus existens beneficium amittet. & conuerso

¶ e conuerso si domino superstito Vasallus decesserit,
¶ filius eius per iam dictum tempus neglexerit petere
inuestituram, beneficio carebit.

Est ¶ alia ingratitude notanda, si dominus inuesti-
turam pollicendo, Vasalli fidelitatem petierit, et illo non
prestante, dominus tribus uicibus, conuenienti tempore
interposito, forte septem dierum spatio, ad curiam suam
super hoc reclamauerit, ¶ Vasallus tribus uicibus cita-
tus à suis paribus iurare noluerit: si tamen beneficium
tale sit, ut pro eo iusiurandum fidelitatis fieri debeat.
Sunt enim quedam feuda ita data, ut pro his fidelitas
non sit prestanda.

Item qui dominum suum, cum quo ad praelium iue-
rit, in aë periclitantem dimiserit, beneficio indignum
se iudicauit.

Præterea si Vasallus prescierit aliquem contra do-
minum suum assaltum, uel mortem, uel captiorem aut
patrimonij grandem iacturam facere molientem, debet
dominũ super hoc quàm citius potest certiorare, ut pro-
inde dominus sciens prudensq; periculum ualeat decli-
mare. Quod si non fecerit, doloq; uel negligentia sua
uel fraude

Que fuit prima causa beneficij amittendi. 30
uel fraude delauerit. beneficio se cariturum agnoscat.

Rursus si domini uel dominæ filia uel nurui aut sor
rori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, sese
immiscuerit, feudo, quo se monstrauerit indignum, ca
rere debet.

Porrò si dominum assalierit, uel uicum in quo est,
per uim aggressus fuerit, uel impias manus in perso
nam domini ubicunque ingesserit, uel alias graues uel
inhonestas iniurias intulerit, uel morti eius ueneno, uel
gladio, uel aliter insidiatus fuerit, beneficium amittit.

Illud tamē nō lateat, quòd si quis suo domino iustitiam
facere noluerit, feudum quod tenebat, perdet. sicut in
alio libello tibi scripsisse hoc credo.

Sed non est alia iustior causa beneficij auferendi,
quàm si id, propter quod beneficium datum fuerit, hoc
seruitium facere recusauerit, quia beneficium amittit.
Aliud est si fortè ideo non seruierit, quia non potuerit,
tunc enim feudum non amittit.

Item si delator domini sui extiterit, & per suam de
lationem graue dispendium eum sustinere fecerit, uel si
cognouerit

cognouerit dominum inclusum, & eum cum potuerit non liberauit, feudum perdit.

Prædictis modis beneficiū debere amitti, tam naturalis quàm ciuilibis ratio suadet, quæ potest colligi si quis nouam constitutionem iustas exheredationis causa enumerantem, & alias constitutiones ueteres iustas Ingratitudinis & repudij causas, quibus matrimonia rectè contracta soluentur, & donationes iure perfectæ reuocantur subtiliter scrutatus fuerit. Sed quia natura nouas deproperat edere formas, potest multis modis contingere ut aliæ emergant causæ, quibus uideatur iuste adimi posse feudum, ideoq; iudex solers & discretus & equitati obsecundare sollicitus cuncta subtiliter dispensans prouideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis seu maior, ut proinde sciat utrum beneficiū sit amittendum, an nihilominus retinendum.

Illud enim est certum, quòd non ex omni causa ex qua opinio Vasalli grauatur, beneficiū amittitur. Nam & sepe deierat, & beneficiū nihilominus retinet, ut puta qui beneficij portionem alienat absq; domini scientia, beneficiū quidem retinet, sed fidem promissam seruare non uidetur.

Deniq;

Si de feudo uasallus ab aliquo interpellatus.

31

Deniq; saepe quaesitum est, Vasallo propter iustam culpam à feudo cadente, utrum ad dominum, an ad successorem Vasalli beneficium pertineat? sed haec distinctio tam ratione, quam moribus comprobata est, ut si quidem Vasallus ita in dominum peccauerit ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad dominum beneficium reuertatur, ut hanc saltem habeat suae iniuriae ultionem. Si uero non in dominum, sed alias graue deliquerit, uel graue quid commiserit, sicut ille qui fratrem suum interfecit, uel aliud graue crimē (quod parriadij appellatione continetur) commiserit, feudum amittit, & non ad dominum, sed ad proximos pertinet, si tamen beneficium fuerit paternum. sic enim saepe pronuntiatum s̄o.

Si Vasallus contra constitutionem bonae memoriae Lotharij Imperatoris beneficium alienauerit, quia dominum contemnere uidetur, ad dominum beneficium pertineat. scriptum est enim ut pretio se cariturum agnoscat.

SI DE FEUDO VASALLVS AB ALI-
quo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit. Tit. XXV.

Negotium

NEgotium tale est. Quidam uasallus à domino tenebat feudum, de quo ab aliquo interpellatus fuit, & sic uasallus dominum uocauit, ut eum defenderet, domino reuente ad iudicem uenire, Vasallus amiserit causam per sententiam. nunc uerò Vasallus cambium feudi à domino petit, ad quem dominus respondens ait illum nunquam ab eo hoc feudum tenuisse, nec ab eo inuestituram accepisse. contra quem Vasallus dicit se hoc feudum ab eo tenuisse, & inuestituram recepisse, & ab eo petuisse ut eum in iudicio defenderet, nec tunc temporis in ficiabatur illius esse, quod idoneis totum testibus probat Vasallus. Respondeo: Super negotio isto quod literis insinuasti nobis, tale est sapientum nostre ciuitatis consiliū, uidelicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagisti, ut si Vasallus cum de feudo interpellabatur, autorem suum, id est dominum ut eum defenderet uocauit, & hoc probare possit, si in eo iudicio Vasallus fuerit uictus de re aliena inuestitum fuisse, ut dominus Vasallo eiusdem estimationis quod erat tempore rei iudicatae feudum restituat, uel nummos in feudum dandos numeret, & hoc cum certum est Vasallum de feudo uictum fore. Sed si dominus neget hoc feudum unquam ab eo tenuisse, nec ab eo domino ipsum Vasallum uel eius antecessores unquam inuestituram accepisse, & hoc uel

Si de feudo defuncti contentio sit inter &c. 52

hoc uel per instrumentum publicè confectum, uel per pares curtis uasallus poterit probare, dominus ad restitutionem feudi tenebitur. alioquin dominus sacramentum subire cogetur, istum qui est in causa, uel eius antecessores à se uel à suis antecessoribus nunquam hoc feudum tenuisse, uel inuestituram accepisse, quo facto dominus absoluendus erit.

SI DE FEUDO DEFUNCTI CONTENTIO SIT INTER DOMINUM & AGNATOS UASALLI.

TITVLVS XXVI.

S*I de feudo defuncti militis sit contentio inter dominum & agnatos defuncti, domino nouum feudum, agnatis uerò paternum esse contendentibus, agnati in possessione feudi de quo quæritur, constituendi sunt. Eo facto, super principali quaestione cognoscendum est, utroque autem deficiente in probatione, electio iurisiurandi agnatis danda est.*

Inter filiam defuncti & agnatos eius de quodam prædio mota est quaestio, agnatis feudum, filia uerò allodium siue libellarium esse asserentibus, super possessione apud quem manere debeat, quærebatur. Responsum est

Feudorum liber II. Tit. XXVI.

sum est apud filiam possessionem interim esse collocan-
dam, deficientibus uerò hinc inde probationibus, per
iusiurandum causa cognita res decidetur, electione dan-
da agnatis.

Defuncto milite, inter dominum & filiam illius su-
per quodam feudo quærebatur, domino feudum, filia al-
lodium siue libellarium esse allegante. Respondi filiam
in possessione feudi manere debere donec de eo iudicæ-
tur, probatione uerò hinc inde cessante, electio iurisiu-
randi filiae danda est.

Moribus receptum est dominum de feudo militis sui
quod post mortem ipsius ad dominum reuerti spera-
batur, in alium militem inuestituram facere posse, quæ
inuestitura tunc demum capiet effectum, cum feudum
domino aut hæredi suo fuerit apertum. Secus est in
ecclesiasticis personis, nam si ecclesiastica persona ta-
lem faciat inuestituram, non aliter ualebit, nisi sibi, non
etiam successori suo feudum aperiatur, & in tali inuesti-
tura cõsensus eius de cuius feudo sit, exquiri nõ oportet.

Vasallus si feudum uel feudi partem aut feudi con-
ditionem ex certa scientia inficiatur, & inde conuictus
fuerit cõ-

Si de feudo defuncti contentio sit inter: &c. 33

fuerit, eò quòd abnegauit feudum eius uel conditionem expoliabitur. alius autem Vasallus, quamuis hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet, aut si aliam rem domini celauerit Vasallus, feudum tamen non amittit.

Si quis per triginta annos rem aliquam ut feudum possedit, & seruitium domino exhibuerit, quamuis de ea re non sit inuestitus, præscriptione tamen triginta annorum se tueri potest.

Qui clericus efficitur, aut uotum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit.

Et si Vasallus omni anno domino se non representat, feudum tamen non amittit.

Omnes filij eius qui feudum acquisierit, fidelitatem facere debent maxime si indiuisum habent: quòd si feudum ex diuisione ad unum tantum peruenerit, ille tantum faciet fidelitatem.

Adoptiuus filius in feudum non succedit.

Mulier habens feudum, relictis filijs ex duobus matrimonijs

F

trimonijs

trimonij decessit, inter quos feudi questio aliarumque rerum maternas uertebatur. obtinuit filios prioris matrimonij tam in feudo quam in ceteris potiores esse.

Naturales filij, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli, nec cum alijs admittuntur.

Si minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec uenerit in maiorem etatem, in qua doli capax sit, feudum tamen retinet.

Si quis decesserit filio impubere relicto, fidelitatem nec ipse nec alius pro eo facere cogitur. idem de seruitio personali. alius tamen pro eo faciens seruitium admittitur.

Titius filios masculos non habens, partem suam feudi Seio, partem eiusdem feudi possidenti agnato suo concessit. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato pretio recuperare potest. quod si Titius filios proprios haberet, pretio reddito etiam uiuo Titio. quod si consensit alienationi, uel per annum ex quo scuit, trahit. omnino remouebitur.

Si facta

Si facta de feudo investitura poeniteat dominum antequam possessionem transferat, an prestando interesse uasallo, liberetur, quaesitum fuit? Responsum est praetermissa illa condemnatione dominum possessionem feudi, de quo investituram fecit, tradere compellendum.

Filij nati ex ea uxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum est, ne filij ex ea nati, patri ab intestato succedant, in feudo non succedunt: nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex usu tamen admittitur.

Licet uasallus domino seruitium non offerat, quantumcunque tempore steterit (dummodo domino petenti seruire paratus sit) beneficium non amittit: si tamen sciat ei magnum periculum imminere, ultro adiutorium suum ei debet praebere. Inde quaesitum est: si dominus in periurium incidat, quia dare non ualeat quod dare iurauerat, & uasallus eum liberare possit suam pecuniam dando, & non faciat, an beneficium amittat? Responsum est non amittere.

Si uasallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat: neque filius, neque eius descendentes

Feudorum liber secundus Tit. XXVI.
dentes ad id feudum reuocabuntur: sed agnati, qui quartus
to gradu sunt, dummodo ad eos pertineat.

In generali alienatione uasalli non continetur feudum, nisi nominatim dictum sit.

Si uasallus feudum alienauit ignorans, non domino, sed ipsi uasallo feudum restituendum est: ad interesse uero emptori ignorantis condemnandus est uasallus.

Vasallus feudum, quod sciens abnegauit, amittit: ignorantis uero subuenitur. Quod si dubitet, dubitanter respondere debet.

Beneficium à uasallo in feudum si nihil in fraudem legis fiat, rectè dari potest, dum tamen militi detur.

Si uasallus de beneficio suo agat, uel conueniatur, siue obtineat siue non (licet ignorante domino fiat) omni tempore firmum erit illud iudicium. nam et transigere rectè poterit, nec quod accepit transactionis nomine, feudum erit.

Domino committente feloniam (ut ita dicam) per quam

Quam uasallus amitteret feudum si eam committeret, quid obtinere debeat de consuetudine, queritur? & respondetur proprietatem feudi ad uasallum pertinere, siue peccauerit in uasallum, siue in alium.

Feudum ea lege datum ut ipse & heredes sui masculi & foeminae, & cui dederit, habeant: iisdem culpis amittitur, quibus & aliud feudum. Quod si uasallus alienauit, feudum esse desinit apud emptorem.

Titius cum Sempronio fratre suo feudum paternum possidente pactum fecit de eo feudo non petendo à Sempronio heredibusue suis. Sempronio sine herede masculino defuncto, inter Titium & Seium fratrem suum de eo feudo quaestio orta est, quid inde fieri debeat, queritur? Responsum est pactum non obstare Titio.

DE PACE TENENDA, ET EIVS
uiolatoribus. Tit. XXVII.

FRidericus Dei gratia Romanus Imperator semper Augustus. Episcopis, Duabus, Comitibus, Marchionibus, & omnibus ad quos literae istae peruenerint, gratiam suam & pacem & dilectionem.

F ij

Quoniam

Feudorum liber II. Tit. XXVII.

Quoniam diuina præordinante clementia, solum
regie maiestatis consædimus, dignum est ut cuius præ
cellimus munere, illi omnino pareamus in opere. Inde
est quòd nos tam diuinas quàm humanas leges in suo ui
gore manere cupientes, & ecclesias siue ecclesiasticas
personas sublimare, & ab incursu & inuasionem quo
rumlibet defensare intendentes, quibuscunq; personis
ius suum conseruare uolumus, & pacem diu desideratam
& antea toti terræ necessariam, p̄ uniuersas regni par
tes habendam regia autoritate indicamus. Qualiter au
tem eadem pax tenenda sit & seruanda, in subsequen
tibus declarabitur euidenter.

Si quis hominem intra pacem constitutum occiderit,
capitalem subeat sententiam: nisi per duellum hoc pro
bare possit, quòd uitam suam defendendo illum occidit.
Si autem omnibus manifestum sit quòd non necessariò,
sed uoluntariè illum occiderit: tunc neque per duellum,
neq; quolibet alio modo excusabitur quin capitali dam
netur sententia. Si uerò uiolator pacis à facie iudicis
fugerit: res eius mobiles à iudicæ in populum publicen
tur & dispensentur: hæredes autem sui hereditatem,
quam ipse tenebat, recipiant tali conditione interposita,
ut iureiurando spondeant quòd ille uiolator pacis nun
quam

quam de cetero ipsorum uoluntate aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat. Quod si heredes neglecto postmodum iuris rigore hereditatem ei dimiserint, comes eandem hereditatem regie ditioni assignet, & à regio iure beneficium suscipiant.

Si quis alium intra pacis edictum uulnerauerit, nisi, quod in duello, & uitam suam defendendo hoc fecerit, probauerit: manus ei amputetur, & sicut superius dictum est iudicetur, & iudex in causa ipsum et res eius secundum rigorem iustitiae strictius consequatur.

Si quis aliquem aperit, & absque sanguinis effusione fustibus percusserit, uel crines eius aut barbam excipilauerit: decem libras ei, cui iniuria illata esse uidetur, per compositionem impendat, & iudicia uiginti libras persoluat.

Si uerò temerarius absque percussione eum inuadat eo, quod uulgo dicitur àsteros, & calida manu ac uerbibus contumelijsq; malè tractauerit: quinque libras pro tali excessu componat, & iudicia pro tali excessu decem libras persoluat.

Quicumq; iudici suo pro excessu uiginti libras inuadiuerit; prædium suum pro pignore illi tradat, et intra quatuor septimanas inuadiatam pecuniam persoluat. Quod si intra quatuor septimanas prædium suum soluere neglexerit: hæredes sui si uoluerint hereditatem recipiant, & comiti intra sex septimanas uiginti libras persoluant. Si autem comes eandem hereditatem regie potestati consignet, proclamatori etiam damnum restituat, & prædium à rege benefiçiali iure obtineat.

Si clericus de pacè uiolata pulsatus fuerit, id est notatus & proscripius fuerit, aut pacis uiolatorem in cõtubernio suo habuerit, & de ijs in presentia sui episcopi sufficienti testimonio conuictus fuerit; comiti in cuius comitatu idem clericus hoc perpetrauerit, uiginti libras persoluat, & de tanto excessu secundum statuta canonum episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit, non solum officio et benefiçio ecclesiastico priuetur, uerum etiam tanquam proscripius habeatur.

Si iudex populi clamore aliquem pacis uiolatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit, dominus cuius castrum id esse cognoscatur, ad faciendam iustitiam illum producat.

producat. Qui si de sua fuerit diffusus innocentia, & ante conspectum iudicis uenire formidauerit, si mansionem in castro habet, dominus eius omnia bona mobilia sub sacramento iudicis representet, & cum decetero in domo sua tanquam proscriptum non recipiat. Si uero mansionem in castro non habuerit, dominus eius seure eum adducere faciat, & postmodum iudex cum populo eum tanquam pacis uiolatorem persequi non desistat.

Si duo homines pro uno beneficio contendunt, & unus super eodem beneficio inuestitorem producat, illius testimonium, cum inuestitor donum inuestiturae cognoscat, comes primo recipiat, & si idem probare poterit idoneis testibus quod absque rapina hoc idem beneficium habuit, remota controuersiae materia id obtineat. Quod si de rapina presente iudice conuictus fuerit, rapinam dupliater soluat, beneficio uero careat, nisi iustitia & iudicio dictante illud in posterum requirat.

Si tres uel plures contendunt de eodem beneficio producentes utrinque diuersos inuestitores, iudex in cuius presentia causa uentilatur, a duobus requirat boni testimonij hominibus in prouincia eorundem litigatorum commoran.

Feudorum liber II. Tit. XXVII.

commorantibus per sacramentum, quod iurauerint, quis illorum absque rapina eius beneficii possessor extiterit, & cognita ex ipsorum testimonio rei ueritate possessor beneficium suum quiete obtineat, nisi iudicio & iustitia distante alter de manu sua illud eripiat.

Si rusticus militem de uiolata pace pulsans manu sua iurauerit quod non de uoluntate sua, sed de necessitate hoc fecit, manu militari se miles expurgauit.

Si miles rusticum de uiolata pace pulsauerit, & manu sua iurauerit quod non uoluntate, sed necessitate hoc fecit, de duobus unum rusticus eligat, an diuino, an humano iudicio innocentiam suam ostendat, aut septem testibus idoneis quos iudex elegerit, se purget.

Si miles aduersus militem pro pace uiolata aut aliqua capitali causa duellum committere uoluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat.

Post natalem sanctae Mariae unusquisque Comes septem boni testimonij uiros sibi eligat, & de qualibet
provincia

De pace tenenda, & de eius uiolatoribus. 38

prouincia cum ipsis sagaciter disponat, & quanto precio secundum qualitatem temporis sit annona uendenda, utiliter provideat. Quicumque uero contra deliberationem ipsius intra anni terminum altius modium & carius uendere presumpserit, tanquam uiolator pacis habeatur, & totidem uiginti libras comiti exoluat, quanti modios siue maldios altius uendidisse conuictus fuerit.

Si quis rusticus arma uel lanceam portauerit uel gladium: iudex in cuius potestate repertus fuerit, uel arma tollat, uel uiginti solidos pro ipsis recipiat à rustico.

Mercator negociandi causa per prouinciam pertransiens, gladium suum suae sellae alliget, uel super uehiculum suum ponat: non ut quem ledat innocentem, sed ut à praedone se defendat.

Nemo retia sua, aut laqueos, aut alia quaelibet instrumenta ad capiendas uenationes tendat, nisi ad ursos, apros uel lupos capiendos.

Ad palatium comitis nullus miles fert arma, nisi rogatus à comite.

Publici

Feudorum liber. II. Tit. XXVII.

Publici latrones & conuicti, antiqua damnentur sententia.

Quicumque aduocatiam suam uel aliquod aliud beneficium inordinate tractauerit, & à domino suo admonitus non resipuerit, & in sua perdurans insolentia ordine iudiciario tam aduocatia quàm beneficium exutus fuerit, si postmodum ausu temerario aduocatiam uel beneficium inuasit, pro uiolatore habeatur.

Si quis quinque solidos ualens aut plus fuerit furatus, laqueo suspendatur: si minus, scopis & forpice excorietur & tundatur.

Si ministeriales alicuius domini inter se guerram habuerint: comes siue iudex, in cuius regimine eam fecerint, per leges & iudicia ex ratione prosequatur.

Quicumque per terram transiens equum suum pabulare uoluerit, quantum propinquius secundum uiam stans in loco amplecti potuerit ad refectioem & reparationem equi sui, impune ipsi equo porrigat. Licetum sit etiam ipsi uti herba & uiridi sylua, & sine uastatione aliqua quilibet utatur pro sua commoditate & usu necessario.

HIC FINITUR LEX, DEINDE

consuetudines regni inapiunt.

Titulus XXVIII.

Domino guerram faciente alicui, si sciatur quod iuste, aut cum dubitatur, Vasallus eum adiuuare tenetur. Sed cum palam est quod irrationabiliter eam facit, adiuuet eum ad eius defensionem; ad offendendum uero alium non adiuuet, si uult. Sed si eum adiuuare noluerit, non tamen feudum amittet, secundum Ober. de Orto, & Gerardum Capagistum. Alij uero sine distinctione dicunt semper debere eum adiuuare. Sed Obertus & Gerardus utuntur eo argumento, quod quem admodum dominum excommunicatum uel a rege ban- nitum non est obligatus Vasallus ad adiuuandum, uel seruitium ei prestandum, imò solutus est interim sa- cramento fidelitatis, nisi ab ecclesia uel a rege fuerit restitutus, ita nec istum iniuste guerram alicui facientē.

Ad hoc quantocunq; tempore steterit Vasallus quod domino non seruerit, secundum usum Mediolanensem beneficium non amittit, nisi seruitium facere renuerit, uel nisi a domino ei denuntiatum fuerit, et ille cum po- tuerit diu steterit quod seruitium nullum ei fecerit.

Bonus

Feudorum liber II. Tit. XXVIII.

Bonus tamen iudex uarie ex personis causisq; de finiet,
& finget Vasallum remotum esse uel propinquum:
paratum esse, uel non: dominum guerram habere, uel
non: utrum etiam magnam, uel paruum: & annuntia-
uit ei dominus, uel non. hæc omnia uertuntur in cogni-
tione cause, & promptiores sumus ad absoluendū quàm
ad condemnandum. Tu tamen scias quòd si Vasallus
sciat dominum obsideri, uel aliter ei mortem imminere,
& cum potuerit ei non nuntiauerit, uel etiam sine nun-
tiatione cum non adiuuerit: feudo priuabitur.

Si uasallus in feudo aliquod ædificium fecerit, uel
ipsum sua pecunia meliorauerit, & contigerit postea ut
uasallus sine filio masculino decedat, dominus aut patiatur
ædificium auferri, aut soluat pretium meliorationis.
Idem dico si pretio seruitutem fundo adquirat. Quidam
alij dicunt omnino ad dominum pertinere.

His consequenter dicitur quòd si Vasallus decedat
sine hærede masculino, & contingat feudum ad dominum
reuertere, sic distinguitur, quòd si ante Martium, omnes
fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum
pertinebunt. Si uerò post calendas Martij usque ad
Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad
hæredes

De filijs natis ex matrimonio ad &c. 40

heredes Vasalli perteneant. Si uerò post Augustum omnes fructus anni perapient dominus, quidam tamen dicunt quocumque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

Contra omnes debet Vasallus dominum adiuuare, & contra fratrem & filium & patrem nisi contra alium dominum antiquiorem. hic enim ceteris est presterendus.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO ad morganaticam contracto.

Titulus XXIX.

QUIDAM habens filium ex nobili coniuge, post mortem eius non ualens continere, aliam minus nobilem duxit, qui nolens existere in peccato, eam desponsauit, ea lege, ut nec ipsa, nec filij eius amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore sponsaliorum, uerbi gratia decem libras, uel quantum uoluerit dare quando eam desponsauit, quod Mediolanenses dicunt acapere uxorem ad morganaticam, alibi, lege salica, hic filijs ex ea susceptis decessit. Isti in proprietatem non succedunt, alijs extantibus, sed nec in feudo, etiam

alijs

Feudorum liber II. Tit. XXX.

alijs non existentibus, qui licet legitimi sint, tamen in beneficio minimè succedunt. In proprietate uerò succedunt patri, prioribus non existentibus, succedunt etiam fratribus sine legitima prole deædentibus secundum usum Mediolanensium.

DE FEUDO FOEMINAE.

Titulus XXX.

SI foemina habens feudum decesserit quia foemineum est feudum, & sine pacto speciali deficiantibus filijs masculis, ad filias pertinebit. Obertus & Gerardus. Alij uerò dicunt nisi per pactum speciale ad eas non pertinere, sicut si datum esset filio masculo, quia si ideo quod est foemineum, sine pacto transit in foemineas, eadem ratione quia est foemineum, transit in foemineam prolem, etiam masculis extantibus, quod falsum est.

Ex hoc illud descendit quòd dicitur clericum nullo modo in beneficium paternum debere succedere, etiam si postea quam habitum religionis assumpserit, postposuerit. Idem in omnibus, qui habitum religionis assumunt, ut conuersi. hi enim nec postea in feudo succedunt, & si quod habent, perdunt. Si uasal-

Qui testet sunt necessarij ad nouam &c. 41

SI VASALLVS FEVDO PRIVE-
tur, cui deferatur Titulus XXXI.

VASALLI feudum delinquentis, licet ad agnatos
quandoque pertineat, filius tamen ad id nullate-
nus aspirabit, nisi id iterum à domino licetè acquirat
sibi gratiam faciente: uerbi gratia, si non sunt alij ex la-
tere, quibus aperiatur, ad eius petitionem admittuntur,
qui quarto gradu sunt remoti ab eo, qui id acquisiuit, &
etiam usque ad infinitum: dum tamen hos constet ab eo
per masculos descendisse.

QUI TESTES SVNT NECESSARIJ
ad nouam inuestituram probandam. Tit. XXXII.

SIUE clericus siue laicus sit dominus, ad proban-
dam nouam inuestituram semper pares curie sunt
necessarij, & si sine eis facta sit inuestitura, etiam si do-
minus confiteatur factam, quia tamen sine hac solenni-
tate facta est, nõ ualet etiam si probari possit per breue
testatum. Sed si alij contrà testantur, & si dominus
confiteatur factam, decurrens postea ad solennitatem
consuetudinis, non audiatur, sed tale habeatur ac si pares
affuissent, sed alij, etiam si probari possit per breue te-
statum.

Feudorum Liber II, Tit. XXXIII.

statum, ut Obertus & Gerardus, nisi à paribus curiæ fuerit confirmatum. Consules tamen Mediolanenses nuper in quibusdam omnia contrà rescripserunt, in quo ferè omnes Mediolanenses consenserunt & consentiunt, ut breue testatum non à paribus, sed ab alijs confirmatum sufficiat ad probandam nouam inuestituram.

Nouam inuestituram dico quando feudum primo quaeritur. De ueteri autem beneficio inuestituræ, quæ fit à domini successore uel uasallo successori, etiam extranei recipiuntur ad testimonium, præter fœminas secundum usum Mediolanen. Istæ enim nec in causis feudi, nec aliorum recipiuntur ad testimonium, ceteri autem recipiuntur in omnibus, quæ ad causas feudi pertinent, præterquam de noua inuestitura.

DE CONSVETVDINE RECTI
feudi. Tittulus XXXIII.

SCIENDVM est itaque feudum acquiri inuestitura, successione, uel eo, quod habeatur pro inuestitura, ut ecce si dominus alicui coram paribus curiæ dixerit, Vade in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo. Licet enim non intercessisset inuestitura, tamen tale est ac si intercessisset, quia ille eius uoluntate possessionem

possessionem feudi nactus est feudi nomine. Inde etiam dicitur, quod si alius probauerit se aliquid nomine beneficii aliquo tempore tenuisse domino presente & non contradicente, & seruitium eius quasi à uasallo recipiente, licet non probet inuestituram, uerum tamen obtinebit prestito iuramento, nisi aliud contra inducatur.

Quod autem dictum est, ut per pares probetur inuestitura: intelligendum est de eo domino, qui alios habet uasallos. ceterum sufficiunt extranei. Nec dicitur inuestituram, ubi sine paribus facta est, ualere: quoniam tunc temporis aberant pares, quia etiam si absint, tamen expectandi sunt.

Sacramentum non semper est dandum possidenti, sed quandoq; possidenti, quandoq; petenti, quandoque neutri datur, & cum alicui horum datur, ita demum datur, si aliquid pro eo sit, quod iudicem moueat: ubi nihil est, quod faciat pro aliquo eorum præter possessionem solam: tunc secundum quod iudicium melius uisum fuerit, aut possidenti dabitur sacramentum, aut auctore nihil probante, qui conuenitur, etiam si nihil præstiterit reus tamen absoluitur, uel obtineat. Et cum datur: aut datur à iudice, aut à parte. si à parte aut subeat cum duode-

cim sacramentalibus secundum inferiorem distinctionem, aut referat pars cui delatum est. Si à iudice, iuret ille cui delatum est, cum duodecim uasallis, cum sex parentibus; ceteros si uult, habeat extraneos. Dominus uerò si uult, cum parentibus aut cum uasallis solis, aut cum parentibus Vasalli, uel cum extraneis mistis parentibus uel uasallis, et iurabit. Vasallus sine mentione conscientie. Dominus quoque de suo facto similiter. De facto uerò patris uel aui, aut alterius ascendentis, iuramento conscientia preponetur. Quidam tamen dicunt non quidem conscientiam esse preponendam.

In quibus etiam causis sacramentum calumnie à domino non exigetur, quod nuper Rex Fridericus in Romandiola constituit, ut Vasallus calumnie sacramentum à domino non exigat. quod etiam à parte domini intelligendum est, ut quod quisque iuris in alium statuit, ipse eodem iure utatur.

Similiter Vasallus dominum accusare, uel testimonium contra eum reddere non debet in civili causa modesta, aut criminali. Quidam tamen dicunt, in criminali non licere, in civili licere, in quibus si contra fecerit, feudo priuabitur.

Item si

Item si inter dominum & Vasallum controuersia sit de beneficio possidente domino, & Vasallo in probatione deficiente, qui conuenitur, nullo prestituto sacramento absoluat. Vasallo uero possidente, & actore in probatione deficiente, si longa sit Vasalli possessio, eius iuramento causa finiatur. ubi uero noua est possessio, sacramentum ei non prestabitur, sed domino deferretur: nisi aliud faciat pro possidente.

DE LEGE CONRADI.

Titulus XXXIII.

LEX Conradi de beneficio, que dicit: Si inter capitaneos controuersia sit, coram rege finiatur: si inter ualuafores, coram paribus curie. Mediolani non tenetur, sed talis distinctio ibi obseruatur: quia si inter duos, quicumque fuerint, de beneficio regali controuersia fuerit, quorum uterque a rege se dicit inuestitum fuisse, tunc causa coram eo decidatur, ceterae uero cause apud pares curie.

Si autem inter pares duos de aliquo beneficio controuersia sit: quorum uterque suum feudum proprium esse dicat, siue asserant eundem inuestitorem, siue di-

Feudorum liber II. Tit. III.

versos, coram iudice uel arbitro finiatur. Sed cum unum producant inuestitorem, si possidenti dominus guarentizare uoluerit, sine fraude ipse obtinebit, nisi aduersarius contra aliquid induxerit.

Ex eadem lege descendit, quod dominus sine uoluntate Vasalli feudum alienare non potest. quod Mediolani non obtinet. ibi enim sine curia etiam beneficium totum recte alienatur, dum tamen aut equali domino, aut maiori uendatur. Inferiori uero sine Vasalli uoluntate non licet partem alienare, etiam maiori re-tenta parte alia feudi, uerbi gratia, est Vasallus qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet, si partem feudi in uno loco uendat, in alio sibi teneat, iste non debet emptori seruire, sed p̄ priorem dominum totum beneficium recognoscere. Cum curia uero cuiusq; beneficium etiam rustico & sine Vasalli uoluntate potest, dum tamen non totum alienetur. Ober. Quidam autem dicunt, & Gerardus non ualere si fiat inferiori.

Similiter nec Vasallus feudum sine uoluntate domini alienabit, in feudum tamen recte dabit si secunda persona sit talis, quæ feudo seruire possit ut si dans miles est, & ille, qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc
ut feudum

ut feudum si contigerit domino similiter seruire ut & prior possit, & hoc ut dare liceat in infinitum. In quibusdam tamen curijs ultra tertiam personam feudi concessio non extenditur, ut cum feudum peruenit in quartam personam, ei auferre dominus possit. Profecto ille, qui suum beneficium alij dat in feudum, non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat, ut si habeat sibi suisq; heredibus (quod intelligi debet de solis masculis) non debet alij dare ut habeat ipse & sui heredes masculi & foeminae. Vnde quibusdam placet, quod qui taliter dedit, eo ipso beneficium amittit. Gerardus & alij dicunt, quod qui dedit, & cui datum est, beneficium perdit. Secundum alios uero tunc domino aperitur, cum masculi defecerint.

Si fuerit inter dominum & uasallum de beneficio controuersia, domino dicente hoc, quod tenes in feudum, à me habes, ille uero negauerit prorsus, si quidem probatum fuerit, ipsum ab eo auferatur. Sed cum dubitanter responsum fuerit, nescio, minimè secundum quosdam. Sed secundum alios tunc demum priuabitur, si fraudulenter id est sciens hoc negauerit.

DE CLERICO, QUI INUESTITURAM FACIT. Tit. XXV. Clerico

Feudorum liber. II. Tit. XXXV.

Clerico inuestituram faciente de suis bonis, eius successor omnifariam cogitur eam adimplere, cumq; de bonis ecclesie eam fecerit, si possessio rei pro beneficio inuestiturae penes eum fuerit, ipse & eius successor ipsam adimpleant, quod etiam in laicis contingit. Vbi uero de alterius feudo fecerit inuestituram, si quidem pure, non ualeat, sed si sub tempore uel conditione quo feudum sibi aperiatur, ualebit inuestitura etiam sine uoluntate uasalli facta. Si tamen ante decesserit inuestitor, quam feudum ad eum reuertatur, successor non cogitur eam habere ratam, aut cum se uiuente feudum apertum fuerit, possessionem tradat, & inuestituram adimpleat, & ideo sciendum est archiepiscopum Mediolanen. non posse dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico inuenerit, sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto alij episcopi & clerici ea, quae in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.

AN MUTVS VEL ALIAS IMPER-
fectus feudum retineat. Tit. XXXVI.

MUTVS & surdus, cecus, claudus, uel aliter imperfectus, etiam si sic natus fuerit, totum
feudum

An ille, qui interfecit fratrem domini sui &c. 45

feudum paternum retinebit. Obertus & Gerardus & multi alij. Quidam tamen dicunt eum, qui talis natus est, feudum retinere non posse, quia ipsum seruire non ualet.

Sic diamus in clerico & in foemina & in similibus.

AN ILLE, QUI INTEREFECIT

fratrem domini sui, feudum amittat.

Titulus XXXVII.

SI quis interfecerit fratrem domini sui, non ideo beneficium amittit. sed si fratrem suum interfecerit ad hoc ut totam hereditatem habeat, uel aliam feloniam commiserit, uerbi gratia hominem tradendo, ut in curia amplius stare non possit, priuabitur beneficio. quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorum feudum pertinebit, si paternum fuerit eodem prorsus obseruando quantum ad ordinem gradus, qui continetur in legibus.

Cum autem ad dominum respiciat felonia, feudum tunc domino aperitur.

Non cogitur

Feudorum liber II. Tit. XXXVIII.

Non cogitur uasallus omnino secundum usum Mediolanen. dominum adire, & seruitium ei offerre, sed cum nunciatū ei fuerit, tunc domino, si potest, seruiat.

DE VASALLO, QUI CONTRA
constitutionem Lotharij regis beneficium
alienauit. Tit. XXXVIII.

SI uasallus contra constitutionem Lotharij regis beneficium alienauerit, si totum, perdat totū: si partem, partem perdat, & ad dominum reuertatur.

Et ideo si contra unum dominorum, quorum communis uasallus erat, fecerit feloniam, eum fortè auerbitando, eius solius parte priuabitur. & si uoluerit unus solius partem resutare, alijs sibi reseruatis, hoc facere poterit: quia uasallus etiam sine domini uoluntate recte feudum resutare potest, post resutationem tamen ad seruiendum non tenetur, sed eum quidem tunc offendere non debet.

DE ALIENATIONE PATERNI
feudi. Titulus XXXIX.

Alienatio

Alienatio feudi paterni non ualet etiam domini uoluntate nisi agnatis consentientibus, ad quos beneficium quandoq; sit reuersurum: nec in filiam uasallus feudum poterit confirmare agnatis non consentientibus, uel postea ratum non habentibus: Et licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamen si paternum fuit, concederetur: Et si libellum unus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio.

Si inter dominum et uasallum de beneficio fuerit controuersia: coram paribus finiatur. Vbi autem dicat uasallus prius de suo recto feudo debere se à domino inuestiri, si quidem sine cōtrouersia de alio sit uasallus, indubitanter primo inuestiendus est, et postea cognoscendum est quòd sit suum rectum feudum, aut quod non. Sed si nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, nisi de quo controuersia est: tunc tota causa prius uentilanda est, et sic uidendum utrum postea inuestiendus sit.

Non est consuetudo Mediolani ut de feloniam aut de infidelitate pugna fiat, licet contrarium sit, quod praecipit lex Longobardorum, ut de infidelitate pugna fiat.

Si à morte

Si à morte uasallus dominum liberare potuerit & non fecerit, beneficiò carebit: sed licet potuerit facere ne dominus in peccatum præcipitaretur, ueluti periurium, non tamen feudo priuandus erit.

DE CAPITVLIS CONRADI.

TITVLVS XL.

HAec sunt capitula, quæ rex Conradus fecit in Romandiola de beneficijs. Constituit enim, ut si post mortem domini Vasallus, uel post mortem Vasalli heredes eius per annum & diem steterint, quòd dominum uel heredem eius non adierint, fidelitatem pollicendo, & inuestituram petendo, si tale sit beneficiũ ut fidelitas sit præstanda, ipsum perdat: sicut & antiquitus consuetudo fuit, sed non Mediolani.

Præterea ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante præscriptione reuocare.

Similiter in petendis hostenditijs (hostenditiæ dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romani cum rege in hostem pergentibus) Vasalli, qui cum eis non uadunt, uerbi gratia in Lombardia de modio xij. denarios,

De controuersia inter masculum & foeminam. 47

rios, in Teuthonica terra tertiam partem fructuum facta computatione fructuum solummodo eius anni quo hostem faciunt.

Item si clericus, ueluti Episcopus, Abbas, beneficium habens à Rege datum non solummodo personae, sed ecclesiae, ipsum propter suam culpam perdat, eo uiuente, & ecclesiasticum beneficium uel honorem habente, ad Regem pertineat, post mortem uero eius ad successorem eius reuertatur.

DE CONTROVERSIAM INTER MA-
sulum & foeminam de beneficio
TITVLVS XLI.

ITEM sciendum est, quòd si inter masculum & foeminam controuersia fuerit, masculo dicente, hoc est feudum, foemina negante, nisi apertis probationibus foemina ostenderit non esse feudum, creditur masculo cum suo iuramento affirmanti cum duodecim sacramentalibus.

Sed si inter dominum & foeminam, domino dicente feudum, foemina negante, probationibus deficientibus, detur foeminae sacramentum. Item

Feudorum liber II. Tit. LII.

Item si sit inter dominum, & emptorem feudi, si emptor dicat non esse feudum, domino in probatione deficiente, sacramento emptoris finiatur. Quidam tamen distinguunt, ut si magna eorum pars, quæ Vasallus ibi tenebat, feudum sit, detur domino sacramentum, alibi scæminæ.

DE CONTROVERSIA INTER DOMINUM & emptorem feudi.

Titulus XLII.

Domino cum emptore feudi agente, si Vasallus diurare poterit quòd ignorans esse beneficiam uendidisset, credens proprium, electioni emptoris committitur utrum domino uelit ipsum cedere, an Vasallo restituere. Obertus dicit omnia Vasallo restituenda.

Quo restituto, id beneficiam Vasallus retinebit non nocente nec obstante uenditione, eò quòd ignorans alienauit.

Et quod dicitur alienatione fundum aperiri domino, intelligendum est cum à scientibus alienatur beneficiam.

Et quod

De controuersia inter Vasallum & alium &c. 48

Et quod dicitur de uenditione, idem est in omnibus alienationibus.

DE CONTROVERSA INTER VASALLUM & ALIUM DE BENEFICIO.

Titulus XLIII.

SI controuersia inter Vasallum & alium de beneficio fuerit, aduersario proprietate totius uel partem, uel aliud aliquod ius sibi uendicante: causa pro Vasallum etiam domino absente quasi propria ad finem perducatur. Ipse enim solus utiliter agendi & exi- piendi habet potestatem, & si pro eo aut contra eum iudicatum fuerit, uel cum aduersario transegerit, dummodo fraudulenter actum non sit, etiam si post beneficium domino aperiat, tale erit, ac si eo causam agente iudicatum fuisset, & ideo ab eo ratum haberi oportet.

QVID IURIS, SI POST ALIENATIONEM FEUDI VASALLUS ID REAPERUERIT.

Titulus XLIIII.

Preterea si Vasallus ante constitutionem Lotharii regis feudum alienauerit, quod in quibusdam ca- rris pro

rijs pro parte, in quibusdam pro toto olim licbat, & ipsum postea recuperabat, pro feudo sibi retinebat, hoc est in causam feudi recadebat. Hodie autem si ipsum alienauerit, si quidem illiatè, licet postea recuperauerit, tamen penes eum non remanebit, utpote domino, ad quemcunq; peruenerit, apertum.

Profectò si domini uoluntate uendiderit, uel per libellum uel aliter alienauerit, si idem postea recuperauerit feudum, penes eum remanebit, nõ iure beneficij, sed aut iure proprio, aut iure libelli, aut aliter secundum quod idem recuperauerit, dummodo scias quòd si ad libellum domini uoluntate id dederit, si quidem pro libello ei datur singulis fortè annis, & hoc iure feudi censebitur. Illud uerò ius, quod per libellum transtulerit, & postea recuperauerit: pro beneficio non tenebit, sed uelut alterius rei datæ per libellum: etenim si feudum domino refutauerit, libellum retinebit.

AN AGNATUS VEL FILIUS DEFUNCTI possit retinere feudum repudiata hereditate. Tit. XLV.

Si contigerit

SI contigerit Vasallum sine omni prole decedere, agnatus ad quem uniuersa hereditas pertinet, repudiata hereditate feudum si paternum fuerit, retinere poterit, nec de debito hereditario aliquid feudi nomine soluere cogitur, sed in fructibus si quos reliquit, ut de eis debitum soluatur, quo tempore decesserit (secundum quod supra diximus) considerabitur.

Vbi uero filium reliquit, ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare: sed aut utrumque retineat, aut utrumque repudiet: quo repudiato, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit, & licet alterum sine altero retinere non possit, agnatis tamen consentientibus poterit dominus eum si uoluerit quasi de nouo beneficio investire, quo facto licet ei repudiata hereditate feudum tenere, nullo onere ei hereditario imminente,

AN APUD IUDICEM, VEL CV-

riam domini questio feudi debeat terminari.

TITVLVS XLVI.

EX eo, quod supra diximus, ut si inter duos de beneficio fuerit controuersia, coram iudice uel arbitro finiatur: talis hic fit questio: quodam sine filio decedente,

H

dente,

Feudorum liber II, Tit. XLVII.

dente, alius credens beneficiū quod ipse tenebat, apertum domino esse, ab eo inuestitus est eius beneficii nomine: e contra apparent agnati, qui feudum sibi uendiant quasi paternum. Est igitur quæsitum an apud curiam domini uel iudicem sit hæc questio terminanda? Et responsum são, quia ad dominũ quodam modo causa spectare uidetur, ad quem inuestitus habebit regressum de euictione, ut coram paribus finiatur curtis, & licet alter per se non possit alterũ trahere ad curiæ iudicium, generaliter tamen etiam si inter duos causa fuerit de beneficio, eos curia uocante, non licebit eorum alicui eius curiæ iudicium declinare.

QUALITER DOMINVS PROPRIETATE FEUDI PRIUETUR. Tit. XLVII.

EX facto quæsitum são, & ego à pluribus quæsiui, si dominus contra uasallum apertam feloniam fecerit, an sicut uasallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur? Et quidem dicunt ex omni feloniam, qua uasallus feudo priuatur, & dominus proprietate priuetur? Alij non nisi ex magna feloniam, alij ex nulla. Sed prior sententia mihi placet, non habita distinctione qualis uasallus sit, utrum per sacramentum uel non.

De feudo non habente propriam feudi naturam. 50
DE FEUDO NON HABENTE PRO-
priam feudi naturam. Tit. XLVIII.

SI quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse & sui
heredes, & cui ipse dederit, habeant: respondeo,
iste, qui sic accepit, poterit id uendere uel donare, uel
aliter, si sibi placuerit, etiam sine uoluntate domini alicui
nare: & ille etiam cui datum fuerit, non habebit ipsum
pro feudo, nisi sicut ei datum est. Sed qualitercunque
ei datum fuerit, siue ad proprium, siue ad libellum, licet
et propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudo
di censetur, ut ex his causis ipsum amittat, quibus &
uerum feudum. Vbi ergo sic datum est feudum, & cui
in feudum dederis, aliud est, & propriam feudi natu-
ram habet.

DE EO, QUI FINEM FECIT
agnato de feudo paterno. Tit. XLIX.

TRES erant agnati, uel plures, unus eorum ha-
bebat feudum quod erat paternum, sed alter eor-
um finem & refutationem ei, suisque heredibus, & cui
ipse dederit, fecit: decessit iste sine filio masculino. Alter
qui non refutauit uendit sibi totum. Alter uero, qui re-

H ij futationem

Feudorum liber. II. Tit. L.

refutationem fecit, uult ad successionem uenire, pacto non obstante. Sapientes quidam Mediolanen. interrogati responderunt non obstare illud pactum, nisi feudum omnino refutauerit, uel nisi ad hoc refutauerit, ut dominus eum quasi de nouo beneficio inuestiret. Tunc enim secuta inuestitura noua, quasi nouum sit feudum, non succedit.

DE NATURA SVCCSSIONIS
feudi. Titulus L.

SVCCSSIONIS feudi talis est natura, quod ascendentes non succedunt: uerbi gratia pater filio, inferius uero filius patri succedit, & non filia, nisi ex pacto, uel nisi sit faemineum. Tunc enim succedit filia matri & patri, secundum quosdam succedit nepos ex filio solus, & sic usque in infinitum, ex latere omnes per masculos descendentes, usque in infinitum, si feudum sit paternum.

Paternum autem uoco, quicumque ex superioribus id acquisiuit, dummodo scias quod si quis habens beneficium, quatuor superstitibus filiis decedat, & feudum ad unum solum ex diuisione deueniat, & iste superstitibus filiis duobus uel tribus decedat, qui patruales dicuntur.
& ad

Et ad unum eorum beneficiū feudi ex diuisione perueniat, & similiter iste superstitibus filijs deccdat, qui patruels, dicuntur, ad quorum unum feudum similiter peruenit, sicut etiam ex alijs superioribus uel primis fratribus supersunt masculi: si ille, qui feudum habet, decesserit nullo filio relicto, an ad omnes, uel ad quos perueniat, queritur? Respondeo, ad solos & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est quod dicitur ad proximiores pertinere. Isti uerò proximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum, sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ equaliter uocantur.

DE CAPITANEO, QUI CURIAM
uendidit, an intelligatur beneficiū uendidisse.

Titulus LI.

Quidam Capitaneus in quadam curte sua beneficiū dedit militibus, & postea eandem curiam uendidit, non habita mentione beneficij. Controuersia est inter Capitaneum & emptorem, dicente emptore se curiam cum beneficio emisse: domino uerò contradicente ad eum beneficiū non pertinere. Respondetur illud beneficiū in uenditione non contineri, nisi expresse de eo actum sit.

H ij *Quæsitum*

Feudorum liber II. Tit. LI.

Quæsitum esse apud me scio, si filius uiuente patre dominum offenderit, ita quòd feudum amitteret si pater decessisset: utrum feudum amittat, uel non? secundum istos sic, secundum Gerardum non, & Obertum similiter.

Si uoluerit Vasallus dominum offendere, sed non laborauerit, feudum non amittit. Gerardus & Obertus similiter etiam si laborauerit, non amittit feudum, nisi insidiatus ei fuerit, & hoc probatum fuerit.

Similiter si quis inuestitus fuerit de feudo ita ut ad foeminas transiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, & altera filiam: utrum post mortem illarum masculus tantum feudum habere debeat? secundum Gerardum masculus tantum, Obertus contra & contra si filios ille habuerit.

Filius non potest recusare hereditatem patris absque feudo, propinquus autem potest.

Si contentio fuerit inter filiam & propinquum de hereditate & de feudo, cum filia feudum habere non poterat, quia dicit ipsa, hoc est de mea hereditate: & ille

De prohibita feudi alienatione per Lotharium. 52

ille dicat, imò de feudo: electio propinqui erit discernere ueritatem iureiurando. Gerardus & Obertus.

Et similiter si contentio fuerit inter aliquem, qui emisset à seniore, & Vasallum, quia dicat Vasallus, hoc est de feudo meo, ille autem neget: electio emptoris est ueritatem iureiurando discernere, cum pares artis ueritatem non testantur. Gerardus & Obertus.

Similiter feudum lege commissoria datum non ualet, id est, si ad certum tempus pecunia non soluatur creditori, ut habeat in feudum. Ger. & secundum Obertum ualet.

Similiter potest feudum dari ad certum seruitium. Gerardus & Obertus.

DE PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE per Lotharium. Tit. LII.

Lotharius diuina fauente clementia Tertius Imperator Romanorum pius, foelix, inclytus ac triumphator semper Augustus uniuerso populo. Cap. I.

¶ liij

Imperialis

Imperialis benevolentiae proprium esse iudicamus
 commoda subiectorum inuestigare, & eorum calamita-
 tibus diligenti cura mederi: similiter Reipub. bonum
 statum, ac dignitatem Imperij omnibus priuatis com-
 modis praepone. Quocirca omnium fidelium nostro-
 rum tam futurorum quam praesentium, nouerit uniuersitas
 qualiter dum apud Ronchalias secundum antiquo-
 rum Imperatorum consuetudinem pro iustitia ac pace
 regni componenda consideremus, omnia, quae ad hono-
 rem Imperij Romani spectare uidentur, solitate inda-
 gantes, perniciosissimam pestem, & Reipub. non me-
 diocre detrimentum inferentem rescare proposui-
 mus. Per multas enim interpellationes ad nos factas
 comperimus milites sua beneficia passim distrabere, ac
 ita omnibus exhaustis, suorum seniorum seruitia sub-
 terfugere, per quod uires Imperij maximè attenuatas
 cognouimus, dum proceres nostri milites suos omnibus
 beneficijs suis exutos, ad felicissimam nostri numinis ex-
 peditionem nullo modo transducere ualeant. Hortatus
 itaque & consilio Archiepiscoporum, Episcoporum, Duce-
 rum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, cetero-
 rumque Nobilium, similiter etiam iudicium hac edictali
 lege in omne aeuum Deo propitio ualitura decernimus,
 nemini licere beneficia quae à suis senioribus habent, si-
 ne ipsorum

Imperator Lotharius Aug. uniuerso populo 53

ne ipsorum permissione distrahere, uel aliquod commercium aduersus tenorem nostrae constitutionis excogitare, per quod Imperij uel dominorum minuatur utilitas. Si quis uero contra haec nostrae legis saluberrimae praecpta ad huiusmodi illicitum commercium accesserit, uel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit, pretio ac beneficio se cariturum agnoscat. Notarium uero, qui super hoc tali contractu libellum uel aliud instrumentum conscripserit post amissionem officij, ipsum infamiae periculum sustinere sanamus. Datũ V II. die Mensis Nouembris, M. C. XXXVI.

Imp. Lotharius Aug. uniuerso populo. Cap. II.

Satis bene dispositum ad utilitatem regni, & ad perniciosa pestem destruendam, in scriptis inserere curauimus. Quidam miles bina beneficia à duobus dominis, prout solitum est, acquisiuit, qui decedens duos reliquit filios; qui paterna beneficia inter se diuidentes, alter eorum domino suo pro beneficio, quod ad eum peruenit, fidelitatem, nullo anteposito, sicut pater fecerat, fecit. Alter uero frater pro suo beneficio alteri domino suo similiter, quia nullum alium dominum habere uidebatur, nullo anteposito fidelitatem fecit. Defuncto postea

Feudorum liber II. Tit. LIII.

Ad posteriore fratre sine filijs, utique feudum in que-
rimoniam uerit, ut prius personam, & sic dominus
posterior, talem fidelitatem querit, qualem eius frater
fecerat. Quas amputantes alterationes, sanamus
quod frater fecit (salicet in dando simpliciter) nil sua
perstiti obesse, licet in secundam et tertiam generationem
& usque in infinitum peruenit, si hoc actum erit.

Imp. Lotharius Aug. &c. Eugenio Pape & uniuerso
populo. Cap. III.

Quoniam inter dominum et uasallum, nulla fraus
nec ullum malum ingenium debet interuenire,
idcirco per hanc presentem legem sanamus, si uasallus
non dolose per annum & diem steterit quod a domino
sui beneficii inuestituram non petierit, feudum non ob
hoc amittat, dolus enim abesse uidetur, si iusta causa
impediente steterit. Datum VI. cal. Septembris anno a
natiuitate domini M. CXXVII. indictione V.

DE PACE TENENDA INTER SVB-
ditos, & iuramento firmanda & uindicanda, &
de poena iudicibus apposita, qui eam uindi-

care

De pace tenenda &c.

54

care, & iustitiam facere neglexerint.

Titulus LIII.

Friderichus Dei gratia Romanorum Imperator
semper Augustus, uniuersis subiectis suo
Imperio, salutem.

HAc edictali lege in perpetuum ualitura iubemus,
ut omnes nostro subiecti Imperio, ueram & p-
petuam pacem inter se obseruent, & ut inuiolata inter
omnes perpetuò obseruetur. Duces, Marchiones, Comi-
tes, capitanei, ualuafores, & omnium locorum rectores,
cum omnibus locorum primatibus & plebeis, à decimo
octauo anno usque ad septuagesimum obstringantur iu-
ramento ut pacem teneant: et rectores locorum adiuuene
in pace tenenda atque uindicianda: & in fine uniuscuiusq;
quinquennij de predicta pace tenenda omnium sacra-
menta renouentur.

Si quis uerò aliquod ius de quacunque re, uel facto
contra aliquem se habere putauerit, iudicalem adcat
potestatem, & per eam ius sibi competens exequatur.

Si quis uerò ausu temerario predictam pacem uiolare
presumpserit

Feudorum liber II. Tit. LIII.

presumpserit, si auitas est, poena centum librarum auri camere nostrae inferenda puniatur, oppidum uero triginta libris auri multetur, Duces autem, Marchiones & Comites quinquaginta auri libras praestent, capitanei quoque & maiores ualuafores uiginti auri libris puniantur, minores uero ualuafores & omnes alij praedictae pacis uiolatores, tres libras auri inferre cogantur, & damnum passo secundum leges resarciant.

Iniuria seu furtum legitime puniatur.

Homicidium quoque & membrorum diminutio uel aliud quodlibet delictum legaliter uindictur.

Iudices uero & locorum defensores, uel quicumque magistratus ab Imperatore, uel eius uoluntate constituti seu confirmati, qui iustitiam facere neglexerint, & pacem uiolatam uindicare legitime supersederint, damnum omne iniuriam passo resarcire compellantur: & insuper si maior iudex est, sacro arario poenam decem librarum auri praestet, minor autem poena trium librarum auri multetur.

Qui uero ad praedictam poenam persoluendam inopia dino-

plia dinoscatur laborare, corporis sui correctionem cum
uerberibus patiatur: & procul ab eo loco, quem inha-
bitat, quinquaginta milliaria per quinquennium uitam
agat.

Conuenticula quoque in ciuitatibus, omnesq; coniura-
tiones, & extra, etiam occasione parentela, & inter ciui-
tatem & ciuitatem, & inter personam & personam,
sive inter ciuitatem & personam, modis omnibus fieri
prohibemus, & in praeteritum factas cassamus, singulis
coniuratorum poena unius librae auri puniendis.

Episcopos uero locorum ecclesiastica censura uiola-
tores huius sanctionis donec ad satisfactionem ueriant,
uolumus coercere.

Receptatoribus etiam malefactorum, qui praedictam
pacem uiolauerint, & praedam eumentibus, nostram in-
dignationem subituris, & eisdem poenis feriendis: praeterea
bona eius publicentur, & domus eius destruat.

Qui pacem iurare & tenere noluerit, beneficio &
lege pacis non fruatur.

Illius

Feudorum Liber II, Tit. LIII.

Illiatas etiam exactiones maxime ab ecclesijs (quarum abusus iam per longa tempora moleuit) per ciuitates & castella omnino condemnamus & prohibemus, & si facte fuerint, in duplum reddantur.

Item sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inuiolabiliter custodiantur.

Per uim autem & iustum metum etiam à maioribus (maxime ne querimoniam malefactorum commissorum faciant) extorta, nullius esse momenti iubemus.

DE ALLODIIS. Tit. LIII.

AD hoc, qui allodium suum uendiderit, districtum & iurisdictionem Imperatoris uendere non presumat; & si fiat, non ualeat.

Si uerò contigerit allodium aliquod etiam in feudatum conferri ecclesie, uel pro oblatione fidelium, uel per emptionis & uenditionis alteriusue huiusmodi contractum in feudatus, nisi per gratiam ecclesie tanquam de nouo reciperet, feudum, quod habebat, retinere non poterit.

De prohibita feudi alienatione per Frid. 58

Vt autem equitas quæ in paribus causis paria iura desiderat, p̄ uniuersitatem totius Imperij seruetur, firmiter statuimus tam in Italia, quàm in Alemania, ut quicumq; indicta publica expeditione Romana ad suscipiendam Imperij coronam, Regem, aut sub Rege dominum suum nõ adiuuauerit, aut cundo cum ipso, aut pro quantitate feudi stipendia militie persoluendo (si de uocatione legitima à domino suo conuina per compares suos poterit) feudum perdat, & dominus in suos usus illud habeat redigendi liberam facultatem.

DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE per Friderichum. Tit. LV.

Friderichus Dei gratia Romanorum Imp̄
Semper Augustus.

Imperialem deæt solertiam ità Reipu. curam gerere & subiectorum commoda inuestigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status iugiter seruetur illesus. Quapropter dum ex prædecessorum nostrorum more uniuersalis curie Ronchalie pro tribunali sederemus, à primapibus Italicis tam rectoribus ecclesiarum, quàm alijs fidelibus regni, non modicæ accepimus

Feudorum liber II. Tit. LV.

accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda, quae
Vasalli ab eis retinebant, sine dominorum licentia pignori
obligauerant, & quadam collusione nomine libelli
uendiderant: unde debita seruitia amittebant & honor
Imperij & nostrae felicitis expeditionis complementum
minuebatur. Habito ergo consilio Episcoporum, Ducum,
Marchionum, & Comitum, simul etiam & Palatinorum
iudicum, & aliorum procerum, hac edictali Deo
propitio, perpetuò ualitura lege sanamus, ut nulli liceat
feudum totum, uel partem aliquam uendere, uel pignora-
rare, uel quocumq; modo distrabere seu alienare, uel
pro anima iudicare sine permissione illius domini, ad
quem feudum spectare dignoscatur. Vnde Imperator
Lotharius tantum in futurum praecauens ne fieret, le-
gem promulgauit. Nos autem ad pleniorum regni uti-
litatem prouidentes, non solum in posterum, sed etiam
huiusmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas,
hac praesenti sanctione cassamus, & in irritum deducimus,
nullius temporis praescriptione impediente, quia
quod ab initio de iure non ualuit, tractu temporis con-
ualescere non debet, emptori bonae fidei ex empto acti-
one de pretio contra uenditorem competente.

Callidis insuper machinationibus quorundam ob-
uigantes

uantes, qui pretio accepto quasi sub colore inuestitura,
quam sibi licere dicunt, feudū uendunt, et in alios trans=
ferunt: ne tale figmentum uel aliud ulterius in frau=
dem huius nostræ constitutionis excogitetur, modis omni=
bus prohibemus, pœna autoritate nostra imminente
ut uenditor, & emptor qui tam illicitas alienationes re=
perti fuerint contraxisse, feudum amittant, & ad do=
minum liberè reuertatur. Scriba uerò, qui hoc in=
strumentum scens conscripserit, post amissionem officij
cum infamiae periculo manum amittat.

Præterea si quis in feudatus maior quatuordecim
annis sua incuria uel negligentia per annum & diem
steterit, quòd feudi inuestituram à proprio domino non
petierit: transacto hoc spatio feudum amittat, & feuda=
dum ad dominum redeat.

Firmiter etiam statuimus tam in Italia quàm in Ale=
mania, ut quicumq; in dicta publica expeditione uoca=
tus à domino suo, in eadem expeditione spatio compe=
tenti temere uenire supersederit, uel alium pro se do=
mino acceptabilem mittere contempserit, uel dimidium
redditus feudi unius anni domino nõ subministrauerit,
feudum, quod ab Episcopo uel alio domino habuit,
amittat: & dominus feudi in usus suos illud redigendi
modis omnibus habeat facultatem.

Feudorum liber II. Tit. LV.

Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cæterò non diuidatur; aliud autem feudum, si consortes uoluerint, diuidatur, ita ut omnes, qui partem feudi habent iam diuisi uel diuidendi, fidelitatē faciānt. ita tamen, ut Vasallus pro uno feudo plures dominos habere nō compellatur, nec dominus feudum sine uoluntate Vasalli ad alium transferat.

Insuper si filius uasalli dominum offenderit, pater à domino requisitus deducat filium ad satisfaciendum domino, uel à se filium separet, alioqui feudo priuetur. Si autem pater uult eum deducere ut satisfaciat, & filius contemnit, patre mortuo in feudum non succedit, nisi prius satisfecerit domino, pariq; modo uasallus p omnibus suis domesticis faciat.

Illud quoq; præcipimus, ut si uasallus de feudo suo alium uasallum habuerit, & uasallus uasalli dominum domini sui offenderit, nisi pro seruitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude antè habuerit, feudo suo priuetur, & ad dominum suum, à quo ipse tenebat, reuertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino, quem offenderit. & nisi uasallus idemq; dominus à domino suo requisitus eum qui maiorem dominum offenderit, requirat ut satisfaciat, suum feudum amittit,

Præterea

Præterea si inter duos uasallos de feudo sit contro-
uersia, domini sit cognitio, & per eum controuersia
terminetur. si uerò inter dominum & uasallū lis oria-
tur, per pares curiæ à domino sub fidelitatis debito con-
iuratos terminetur.

Illud quoque sanamus, ut in omni sacramento fide-
litatis Imperator nominatim exapiatur.

QVÆ SINT REGALIAE.
TITVLVS LVI.

Regalia, armandia, uia publica, flumina nauiga-
bilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ri-
patia, uectigalia, quæ uulgo dicuntur telonia, moneta,
multarum poenarumq; compendia, bona uacantia, &
quæ ut ab indignis legibus auferuntur, nisi quæ specia-
liter quibusdam conceduntur, et bona contrahentium in-
cæstas nuptias, condemnatorum, & proscriptorum, se-
cundum quod in nouis constitutionibus cauetur: anga-
riarum, parangariarum, & plaustrorum, & nauium
præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimam
regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum
magistratum ad iustitiam expediendam, argentariæ &
palatia

Feudorum liber II. Tit. LVII.

palatia in ciuitatibus consuetis, piscationum redditus & salinarum, & bona committentium crimen maiestatis, & dimidium thesauri in loco Cæsaris inuenti non data opera, uel loco religioso: si data opera, totum ad eum pertineat.

QVOT TESTES SVNT NECES-
sarij ad probandam feudi ingratitude.
TITVLVS LVII.

Imperat. Henricus August. uniuerso populo &c.

SI Vassallus inhonestis factis atq; indecentibus ma-
schinationibus dominum suum offenderit, insidijsq;
eum clandestinis uel manifestis appetuerit, uel inimi-
cis eius suas amicitias copulauerit, atque in alijs sic uer-
satus est, ut potius inimicus quàm fidelis esse credatur,
uel si eum acurbitauerit, seu in campestri bello suum
dominum reliquerit: feudo priuabitur. Quod non ob-
tinere sanamus, nisi quinque testibus summæ atque in-
tegræ opinionis probatum fuerit manifestè. Datum,
VIII. Idus Augusti fœliater.

DE NOTIS FEVDORVM.
Titulus LVIII.

Notandum est in feudo quod de caena seu camera
diatur, non debere dari nisi cum sit in camera
uel caena unde solui posset: uel si ita euacuata sit ca-
ena sine culpa promissoris, expectandum est donec in-
terim de caena uel de camera dari possit.

Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni-
ere alieno deducto. Non enim equum est, quem uidere
egentem quam prius habuit in coniugem uel amicum.

Quod autem pares tantum debeant interesse inue-
sturae feudi, & non alij, hoc tunc uerum est, cum do-
minus uasallos alios habuerit. Alioqui adhibeat domi-
nus, quos meliores poterit, liberos tamen, argumentatio-
ne legis de ultimis uoluntatibus in Lombarda, scilicet
illa, quae dicit: Si quis donationem facere uoluerit de suis
rebus alicui uel inuestituram, adhibeat sibi de parenti-
bus suis (& per eandem legem iurant) duos testes ido-
neos uel tres uel plures, pluralis enim locutio, duorum
numero contenta est.

Item sciendum est, non esse impedimentum inuesti-
turae, & si inuestituram faciat de re quam communem do-
minus habeat cum aliquo, quia si sponte diuidere no-
luerit ille, cum quo habet rem communem, qui inuesti-
uit

uit

Feudorum liber II, Tit. LVIII.

uit, potest cogere per iudicem ille, qui inuestitus est, ut diuidat.

Item heredes eius necesse habent tenere firmam inuestituram, quam pater fecit.

Item eadem lege & eodem iure debet habere rem iste, qui inuestitus est, quam haberet, qui eum inuestiuit, cum coherede suo, scilicet ut adequatio percurrat usque ad 40. annos.

Item inuestitura per se & per suum nuncium dari & accipi potest. quæ omnia supradicta colligi possunt per supradictas. ll. Longobard. titulo de ultimis uoluntatibus. l. si quis. & C. com. diui. l. 1. & 2. Idarco pares necessarij sunt in instrumento inuestituræ, et non alij: ne quid excogitetur falsitatis in perniciam domini, alijs testibus inductis, corruptis forte pecunia, uel odio, uel gratia, quæ non sunt suspicanda in paribus.

Si instrumentum diceretur falsum à domino, daretur defensio uasallo, qui instrumentum ad se deferret: ut in Lomb. qualiter quis se defen. de l. de chartis. & auferretur domino, qui ueritatem nouerit, & iniquum erit, si aliquis ex dono suo conueniatur.

Domini est defensio ex ordine, cum uasallus non possideat:

Notandum est, quòd de omni controuersia, quæ inter dominum

dominum & uasallum oritur, si pares ueritatem nouerint, omnino cogi debere à domino & paribus dicere ueritatem. qui si dicant se nescire, cum sciant, et Vasallus postulet, dominus eos coget iurare, et ueritatē dicere, ut C. de test. l. si quando. & in Lomb. ut iudex unus &c. et in tit. qualiter quis se defen. de. l. si qualiscunq; causa. & ti. de testi. ut quicumque. & l. ulti.

Cum datur domino de fensio de inuestitura, qua dicitur esse facta, iurare debet se inuestituram non fecisse. Cum uerò datur successori eius, iurare debet se nō credere inuestituram factam esse ab antecessore suo.

Si qua inuestitura facta esse dicitur, semp debet nominare dominum, à quo inuestitura facta dicitur, cum multum discrepet sacramentum hereditarium à principali sacramento. C. de re. cre. & iureiur. l. iij. & l. generaliter. & ut habes de tutore, qui iurat quod credit & existimat, ut C. de iura. cal. l. ij. de conscientia enim sua iurare debet, & non de alieno facto: cum iniquum sit aliquem iurare de alieno facto, heres uel successor, nec etiam filius, ut ff. rerum amo. l. Marcellus, sed contrarium reperitur in Lomb. quia licet filius minorem uirtutem habeat quàm pater, tamen debet praesē iurare patrem suum non fuisse debitorem, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet. l. si contigerit.

FINIS.

INGENIO

SVPERANTVR



VIRRES.

ANNO M, D, LIX.

N^o 2075^a

ULB Halle


3

003 262 448



56,





Feudorum

CONSVETVDINES SEV
SVS RECEPTI, QVOS VETERES
*Iura Militiarum, nec non Beneficiorum Milita-
rium & nostrates*

Gemeyne Lehenrecht

ocant, utut quondam per Obertum de Orto obseruati
u coaeruari, ob summam & sui frequentem utilitatem,
in gratiam Nobilium & eius rei Studiosorum,
praepue uero qui in Aulis Principum seu
in Foro uersantur, nunc primum ita
emendato textu & exactissima
diligentia solum ex-
cusi.

HEYDELBERGAE
Ex Offiana Ioannis Carbonis Typographi

ANNO

M. D. LIX.

